

on trouve dans le second tome des annales de  
Toulouse les vicieux des pieux concernant les feifs  
tant nobles que roturiers page 30. que le  
Roy Philippe, fils de saint Louis  
approuva par ses lettres patentes du mardi  
apres la feste de st mare 1283. la coutume de  
Toulouse.

page 67. des annales inchoa on trouve que quand  
Philippe Roy de France fut prendue possession du comte  
de Toulouse, pour la reunion qui enfut faite entre  
coursore, les habitans consentirent a cette prin  
d'possession, sous la protestation que leurs libertes et  
coutumes bien et dueement approuvies leur  
seroient conservees.

on trouve cela encore dans les regis verbal  
d'prise de possession de ce comte, appelle  
saisinementum comitatibus tolosa rapporte dans le  
premier tome des annales page 1. qu'auquel soit vers  
la fin

January  
Pg XVI-22

# CONSuetVDINES

TOLOSÆ, CVM DECLARATIONIBVS  
in quibus Consuetudines. Ipsa a iuris communis dispositio-  
ne discrepare seu differre videātur. Quidq; de iure scri-  
pto extiterit introductum. Et quid de Consuetu-  
dine, cum quibusdam interpretationibus.

Et quætionibus vtilibus, easdem  
Cōsuetudines tangētes, tam  
decisiue q̄ remissiue

Magistri Ioan.  
de Casave,  
teri, in

Legibus Licentiati

CIVIS TOLOSÆ.

*Ex libris  
Francisci  
Cantabrigie*



*[Handwritten signature]*

Veneunt TOLOSÆ. in officina Anthonij  
Vincentij, Apud Ludouicum Yuernaige.

Impressum per Anthonium Gorcium 1544.

CVM PRIVILEGIO.



# LE PRIVILEGE

**S**IMON Raynier Cōseillier du Roy nostre sire en la court de Parlement a Tholoze, & Commissaire par icelle depute en ceste partie. A tous presens & aduenir scauoir faisons que aujourd'hui date des p̄sentes en procedant a l'interinement de la Requête contenant nostre Cōmissiō baillee a ladicte court, par maistre Jehan de Casevielle Liceñ. es droictz, aduocat en ladicte court, & Loys Yuernaige libraire de Toloze, affin que pour les causes y contenues fust pmis audict Yuernaige faire imprimer & mettre en presse certain liure intitule Les Coustumes de Toloze avecques certain commētaire fait & escript par ledit de Casevielle en suyuant la permission & priuilege donnee a feu Guillaume du puy, libraire dudict Tolosæ par nousdictz Raynier Commissaire a ce depute, Et inhibitiō & deffense estre faicte a tous Libraires du present ressort, & aultres quil appartiendra sur certaines & grandz peines audict Seigneur a appliquer, de ne imprimer ou faire imprimer, icelluy liure durant le temps espace de quatre ans prochains venans sans licence dudict de Casevielle autheur. Nousdictz Commissaire veue nostredicte ordonnance contenāt la permission dōnee audict de Casevielle le. xxvj. de Feburier. 1543. de faire imprimer, & mettre en p̄sse ledict liure dessus intitule, & ce par ledict du Puy nagueres trespasse ou par son commis ou depute & tel que bon luy semblera ensemble la Requête baillee a ladicte court par lesdictz de Casevielle & Yuernaige libraire. Auons permis & permettons audict de Casevielle de faire imprimer & mettre en presse ledict liure dessus intitule, & ce par ledict Loys Yuernaige libraire ou tel aultre libraire que bon semblera audict Yuernaige, lequel auons mis & mottions par ces presentes au lieu droict & faculte dudict du Puy, avec sem-

blables permission & puissance q̄ par no<sup>r</sup> luy auoyēt este dō  
nez. Et ce durant le temps & espace de quatre ans prochains  
venans a compter du iour de la date des presentes. Et auons  
faict & faisons inhibition & deffense de par le Roy nostre  
dict seigneur & ladicte court a la peine de cent marcz dor a  
tous Libraires Imprimeurs, & aultres personner quelzcon-  
ques du present ressort, ne imprimer ne faire imprimes, ne vē  
dre durant ledict tēps de quatre ans sans permission diceulx  
de Casevielle autheur, & Yuernaige Libraire, ne aultrement  
le troubler ne empcher au faict de l'impression & pressure,  
dicelluy liure en aucune maniere. Si donnons en mande-  
ment au premier Huissier de ladicte court, ou Sergent royal  
sur ce requis de intimer & notifier nostredicte ordonnance,  
& appointement a tous ceulx quil appartient, & sera re-  
quis en leur faisant les inhibition y cōtenues. De ce faire luy  
auons donne pouuoir auctorite & mandement special. Mā-  
dons & commandons a tous les iusticiers officiers &  
subiectz dudict seigneur q̄ a eulx ce faisant soit  
obey. Donne a Toloze soubz noz seing  
& seel le .xxix. iour de May  
mil. ccccc. xliiij.

  
S R A Y N I E R

A ij



**MAGNIFICO AMPLISSIMO AC ILLUSTRISIMISSIMO**

Tholosa Senatus Praesidi dominoq; meo Durando  
de Sarta, Vtriusq; iuris professori Ioannes de  
Casaveteri. S. P. D.



**L** I M nobis (vti haud te latet) preses meritissime quod non singulis Tolosanis ac potissimis tantum delectisq; Ciuib<sup>9</sup> (sicut annuatim euenit) contigit atq; accidit, vt nostri in capitolij fastigium conscēderet validior quidem aetas nostra, illicq; excellentissimis (velut fit) ornamentis toto anno decorata admirabili officio, vtiq; frequenti propriusve munere donato perfuncta fuit. Interea tamen istud euenit boni q; quidam calcographus cognomine Blanc. Ita huiuscemodi vrbis in clyte, sane senatum ac secundum totius regni, suppliciter rogauit, quo illi Consuetudines huiuscemodi quæ antea impressæ nō dum erant typis acōmodare cōmittereq; liceret. Deniq; facultas priuilegio vendēdi palā preberetur. Nempe quod vt flagitauerat idē successit. In primis enim insigni Georgio de vlmerris Praesidi tunc temporis quarto in hac re commissario deputato, qui ad hanc procedere causam aliquātisper distulit donec nobis tum capitularijs tanq; reipublice administratoribus condignam rem communicaret, apperiretq;. Postremo partim illi partim item nobis idem visum eorum fuit, vt pote quo fieret dictarum cōsuetudinum exemplar per me studiose compilandum. Tuo potissime (qui tuis sciētia ac gradus perrogatiua nobis presidebas) consilio & mandato. Cui oneri accersitis codicibus antiquis pro viribus satisfeci. Deniq; lectione illius cum emendatione debita in tui, praesentia aliorumq; capitulariorum factis praedictum exemplar dicto commissario impartitum fuit, iussuq; illius supplicanti nominato

*presidem & professorum*

concessum. Vt in lucem diligenter ederet, quod prope diem  
durante adhuc administratione (velut pater) nostra factū cu-  
rauit, cum autem me in senili atate constitutum. Et prope se-  
nectā viderim, qua in etate vires corporis absq; dubio defici-  
ciunt. Possitq; atas nostra vaccare muneribus hijs quæ pos-  
sunt sine viribus corporis sustineri. Et nihil magis cauendum  
sit senectuti q̄ ne langori desidiēq; dedat, cogitans etiam q̄  
nullus adhuc vsq; nunc in commentando Consuetudines ip-  
sas manum apposuisset. Tentavi iuxta exigui ingenij mei vi-  
res. Instar glosatoris ratione equa callem facientis, aut iter a-  
perientis. In huiusmodi (licet exiguum) Cōsuetudinibus ali-  
quid scribere. Mihiq; satis difficile extitit dicere, quid de iure  
scripto, & quid de Consuetudine discrepantie existat maiori  
ex parte. Quouiam consuetudo quæ in totum cum iure scri-  
pto cōuenit superflua & de nihilo operari videtur nisi q̄ me-  
moriam iuris communis per eandē reticetur. Verum quia qui  
scribit multos sibi incitat iudices sunt enim multi qui ideo se  
doctos ostendere putant si aliorum dicta dente canino dila-  
cerent irrideant, atq; detrahant, & ideo scribenti opus est pa-  
trono Tibi maxime qui quo tempore eodem officio, vt pre-  
tactum est fungebamur in hac re pro me laborasti, ac consu-

luisisti, opusculum istud incultum dirigendum dedican-  
dumq; proposui atq; vtilius duxi, Tuam corde  
benigno deposcendo dominationem & fa-  
uorem, vt si quid erroneum, aut dis-  
sonum inuenerit corrige-  
re, emēdareq; digner.

Vale dignil-

sime pre

ses

nunc & in eternum foelix.

A iij



# DVRANDVS A SARTA INSIGNIS DISCIPLI

ne viro domino a Casaveteri, Supremeq; senatus  
Aduocato clarissimo. S. P. Impartit.



**M**X satis (vt opinor) verbis exponi posset (licētiatē egregie) q̄tā gloriā atq; immortalitatē homini līrarū sciētia adferat, nisi hęc ip̄m patroni tui expectata inter bonos moderatio, atq; in senatu summa auctoritas aptissī me doceret. Nā dū maxime cupis primos annos vīrē administratiōis in repub. Tholosana renasci, ac lucere reponis atq; restituis (vt video) Cōsuetudines tholosanas (op' p̄fecto nō cōtēnendū) verū ciuib' n̄ris maxie necessariū. Quid em̄ iusti' aut vtili' in ciuitate bñ cōposita cōsuetudine esse pōt, quā vt plurimū legū' auctoritatē sibi affequit, q̄nquidē nihil p̄clari' esse pōt, quā ciuitatē h̄re optima cōsuetudine & lege donatā qua populus instruit, & sepe ad concordia reducit. Pax colitur, iustitia exercet. Egēni alunt' cultus diuin' fouetur, suū cuiq; tribuitur, impij & labefactores Reip. emēdant, & plerāq; alia q̄ cōsuetudine & legibus municipalib' exerceri solēt, quare si tā gratū q' scribis legenti fuerit (qd' esse debet quā scio necessariū esse) fiet vt nō parua Reip. n̄re vtilitatem aporrent illa tua cōmentaria, q̄ quā docte & sapienter scripta sint nō emuli sed viri boni imploro iudiciū. Doles nī h̄re qd' diu non licuerit tibi cū patrono tuo patruoq; meo sepius de ea re cōicāre, sed negociorū forēsium & Reip. gallicane multitudo. Dū per tot ānos a rege euocat' fuit, & in florētissimo senatu n̄ro iuris dicenti frequēs vtilitas illi apud te, excusatio nē p̄bebunt. Sed certe quā optimū & bonū tibi elegeris, patronū atq; accerrimū tuorū scriptorū defensorē sciūt q' ante te suas illi lucubrationes dedicauerūt, qui si cæteris disciplina moribus & virtutū præconio nō antecellit parem tñ oib' se cōstituit. Plura alia hic scriberē nisi te & lectorē p̄stati prouidētia p̄ditos intelligerē. Reliquū igitur est (vir doctissime)

me tibi & patrono tuo (qui etiam mihi patru<sup>9</sup> & patrin<sup>9</sup> est)  
cōmittā dū spero illū emissurū in lucē doctā & non vulgarē  
iuris nostri cæsarei declarationē modo aspiret iamcepto ne-  
gocio. Deus optimus maximus cuius numē adoro, vt vtrūq;  
velstrum æternum atq; immortalem habeat. Vale.

ET IN LIBRI ET AVTHORIS COM-  
mendationem, Turoli Quilhanensis carmen.

En casa nempè vetus patrios linquendo penates.

Vt iuuet huc venit docta Tholosa tuos.

Nanq; diu latuit quondam tuus iste libellus

Edidit hac donec consul in vrbe casa.

Consilio placuit tandem quod scripserat ille

Quare lex vrbis condita iure fuit.

Quos tulit illustrat mores glossemata iungens.

Sic licet & facilis magna tamen referat

Sume igitur placide rursus quæ munera donat

Non res sed mens est inspicienda magis

Parce Casæ veteri præstanti quæq; habet vltro.

Ista daret certè si grauiora forent

Non est quod timeas author tot tela virorum

Est clypeus præses palladis vsq; tibi

Pro clypeo est præses nulli probitate secundus.

Quem fouet in docto sacra minerua sinu

Ergo nil metuens segura nauiget aura

Hoc opus ad propriam nunc positunq; fidem.

Nec te peniteat patria huc venisse relicta

Tutius hic viuís nobiliusq; manes.

F I N I S.





BT IN LIBR BT AVTHORIS COM  
mentationes Terrelli Qlibanensis carmen.

Tu carmine exco pario iustitiae pernice.  
 Et tunc vnde vnde dicitur iustitiae.  
 Nam qui iustitiam quonda ius fidelis  
 Et iudic hoc dicitur in vnde car.  
 Condo placuit tunc quod iustitiae illi.  
 Quare lex vnde condita ius ius.  
 Quod ius iustitiae ius vnde iustitiae.  
 Et ius vnde iustitiae ius iustitiae.  
 Quod ius iustitiae ius iustitiae iustitiae.  
 Non iustitiae ius iustitiae iustitiae.  
 Parce iustitiae iustitiae iustitiae iustitiae.  
 Ita dicitur carce iustitiae iustitiae.  
 Non iustitiae iustitiae iustitiae iustitiae.  
 Et dicitur carce iustitiae iustitiae iustitiae.  
 Pro dicitur iustitiae iustitiae iustitiae iustitiae.  
 Quam iustitiae iustitiae iustitiae iustitiae.  
 Et dicitur carce iustitiae iustitiae iustitiae.  
 Et dicitur carce iustitiae iustitiae iustitiae.  
 Nec iustitiae iustitiae iustitiae iustitiae.  
 Tu iustitiae iustitiae iustitiae iustitiae.



**M**OVERINT presentes pariter & futuri, Quot Anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, Et die martis post festum Purificationis beate Marie. Comparuerunt coram ve-

Data præsentatione rescripti.

nerabili viro domino Bertrādo diuina pmissiōem Abbate Monasterij Moycaciensis. Et nobili viro domino Eustachio de bello marquesio, Senescallo Tolosæ & Albiē. Pro excellentissimo domino nostro Rege Francorum, in Ecclesia & Prioratu sancti Petri de Coquinis videlicet. Arnaldus de Pōte, Arnaldus Pagani, Arnaldus Bonini, Stephanus Galteri, Petrus de Tolosa, Guillelmus de Vesserijs, Raymundus de Castronouo, Bertrandus de Garri grjs, Guillelmus de Turre, Petrus de Monte laudario, Raymundus de Portali, Bernardus de Falgarij. Consules Tolosæ, & suburbij Tososæ. Exhibentes quasdam patentes literas sigillatas, Sigillo Cereo pendente excellentissimi incliteq; recordationis domini Philippi dei gratia Regis Francorū quondā, Quas diu est presentauerāt eisdem ipi idē Consules aut eorum prædecessores, Qui in consulatione fuerant supradieto domino Rege vi-  
uente. Quarum literarum tenor talis est.

Nomina commissariorum & delegatorum rescripti confirmatiōis & auctorisationis consuetudinē Tolosæ.

Erant duo decim Consules i Tolosa.

B



## Consuetudines Tolosæ.

**PHILIPPVS** &c. Iste Philippus qui huiusmodi cōsuetudines aucto-  
 risauit, & confirmauit fuit nepos sancti Ludouici Regis Franciæ  
 ex filio Philippo. Et fuit cognominatus Philippus Pulcher, vt Cro-  
 nice attestantur Rex Franciæ & Nauarre. Et regnauit annis viginti nouem.  
 Fuit Christianissimus virtuosus, & animosus, Christianissimus quidē, Quā  
 iudeos, propter eorum facino-  
 ra, à Regno Franciæ expulit &  
 multos cremari fecit, vt de eo-  
 dem Philippo laudibus dixit  
 dominus Guillelmus Benedi-  
 cti, in Repetitione. c. raynun-  
 cius. de testamen. in antiq. fol.  
 xxij. secundū primam impres-  
 sionem. Et etiam templarios  
 milites ppter multos errores,



Hilipp<sup>o</sup> dei gratia Frā  
 corum Rex, dilecto &  
 fidelisuo Abbati Moy-  
 ciacensi, & Senescallo  
 Tholosæ. Et magistro

Stephano motelli iudici maiori  
 eiusdem Salutem & dilectionem,

& actus nephandissimos contra fidem nostram plures ex eisdem exuri & cre-  
 mari fecit, reliqui a Regno fugerunt. Et eorū bona militibus hospitalarijs  
 sancti Iohannis hierosolimitani applicari fecit. Et est exemplar in præsentī  
 Ciuitate Tholosæ in qua & Carrera beate Mariæ Dealbare, a parte Eccle-  
 siæ dictæ Dealbare. Est domus dictorum militum, seu prioratus militū san-  
 cti Iohannis Hierosolimitani, Et ab alia parte carrerie, a parte fluminis Ga-  
 rone est domus templariorum, quæ adhuc vocatur ( Le Temple ) quam te-  
 nent, & possident Religiosi sancti Iohannis Hierosolimitani, absq; dubio.  
 Fuit idem Philippus vir virtuosus, & animosus. Quoniam cum vellet iura  
 regalia quoad collationes beneficiorum de quibus habetur, in. c. generali  
 constitutione. de electio. lib. vj. glo. ibidem secundum nouas impressiones  
 dicit. Quod Bonifacius Papa octauus, qui erat illo tempore scripsit dicto  
 Philippo Regi quandam epistolam in qua inter alia continebatur. Colla-  
 tio beneficiorum est spiritalis, secus autem credentes Hæreticos reputamus  
 Quam epistolam cum legisset Philippus Rex, eidem Bonifacio scripsit aliā  
 epistolam, in qua erant scripta ista verba. Collatio beneficiorum ad nos ex-  
 pectat & pertinet, Secus autem credentes fatuos & dementes reputamus.  
 Ex quibus indignatus, dictus Bonifacius Papa vir multum superbus facto  
 processu sicut eidem placuit, eundem Philippum Regno priuauit, & Alber-  
 to Imperatori donauit. Et quia iniuste dictus Bonifacius hoc fecerat misso  
 exercitu, per eundem Philippum dictum Bonifacium qui ad patriam suam  
 accesserat in domo paterna prisonarium cōstitui, & prisonarium Romam  
 adduci fecit vbi dolore animi confectus in tra vigesimum quartum diem de

cessit Cui successit Benedictus Papa vndecimus. Qui eidem Philippo titulum Regium, & priuilegia Regni restituit. Et eodem Benedicto defuncto Clemens papa quintus, qui anno domini millesimo tricentesimo vndecimo cōgregauit consilium vniuersale Ecclesiæ in Ciuitate Viennensi, prope Lugdunum, in quo consilio facte fuerunt Constitutiones Clementinarum eodem

venientibus ad nos & supplicantibus consulibus pro se & alijs ciuibus nostris Tolosæ. Quod consuetudines quibus vsi sunt à temporibus retroactis cōfirmare vellemus, ita q̄ eisdem possēt vti in iudicijs. Et q̄ de cetero plena fides adhiberetur eisdem ne tanq̄ dubie in iudicio vacillarent, nec probatione alia indigerent, ac per hoc releuerentur probationis onere dicti ciuies. Nos volentes & affectates vntinum statum Ciuitatis & ciuium prædictorum volumus & præcipimus ex gratia speciali, q̄ dicte consuetudines de cætero tanq̄ firme & valide habeantur, & ad perpetuam memoriam registrentur.

a Verū quia prædictæ consuetudines nobis exhibitas diligenter examinari fecimus.

a Facit contra illos qui dicunt q̄ consuetudines non debent esse scripte. per. §. ex non scripto instit. de iur. natu. gen. & ciui. Quoniam ad obseruantiam consuetudinis, vt melius possit menti haberi & probari potest in scriptis redigi. Et tamen dicitur consuetudo. Bald. in l. de quibus. ff. de legib. Et Angel. Aret. in præall. §. ex non scripto. in princi. Maxime quoniam hic

Concilio dictus Clemens Papa processum factū per dictū Bonifacium, cōtra dictum Philippum Regem, Iniustum & nullum declarauit, vt acta dicti consilij & cronice attestantur. Et audiui a multis doctis viris q̄ propter illud. c. generali constitutione supra all. & c. quoniam aliqui curiosi, de renuncia. eo. lib. vj. Liber sextus decretaliū a dicto Bonifacio denominatus non fuit receptus in præsentī Regno Franciæ. Nisi cathianus ille constitutiones bonis moribus & auctoritatibus sacre scripture, & alijs auctoritatibus & constitutionibus conueniunt approbatis Et cum anteq̄ esset Papa vocaretur Benedictus, & sic habebat nomen bonum, quare se fecit vocari Bonifacium. Et an sit licitū alicui sibi mutare nomen habetur per dominicum de sancto geminiano, in prohemio, lib. vj. decreta. colum. ij. &. iij.

## Consuetudines Tolosæ.

princeps mandat q̄ dictæ consuetudines redigantur in scriptis. Et inferius ordinatur q̄ fiant duo libri &c. vt inferius apparet.

a Nota q̄ istas cōsuetudines, non confirmavit princeps solo verbo illis non visis, sed cū causæ cognitione quæ faciunt ad ea quæ inferius dicentur.

b Ex isto verbo & præcedentibus apparet & etiam exsequētibus, q̄ causa cognita princeps huiusmodi cōsuetudines confirmavit & auctorisavit. Ex quibus inferitur q̄ cum agit de viribus huiusmodi consuetudinum, non est disputandum an habeant ea quæ requiruntur ad esse cōsuetudinis. Videlicet an sint præscriptæ, an fuerit p̄ ea indicatum. Et sic de similib⁹ de quib⁹ habetur per glo. in. c. frustra. viij. di. & .xj. di. c. j. in glo. quæ dicunt: Nisi princeps consentiat. Pro qua glo. facit optimus, text. in. l. iij. §. diuus Adrianus vers. quid tñ ex textu probatur q̄ si. l. municipalis ali quid permittatur quod fuerit prohibitum per iuris dispositionē, vt quia lex p̄hibet mortuū sepeliri, vel transduci intra

Ciuitarē sub certa pœna, vt quadragita aureorū, vt ibi dicit tex. tūc si sit iperī ale rescriptū, vt cōsēl⁹ principis aut sciētia vt ī casu subiecto tūc cōsuetudo vincit legē scriptā, & lex municipalis obseruat, vt habet ex dicto textu, & est bona glo, ibi, sup. verb. sepeliri. in. d. §. diu⁹ p̄all. q̄ cōcordat cū gl. sup. verb. imitatur in preall. §. ex non scripto. insti. de iur. nat. gent. & ciui. in principio.

Ex quibus infero q̄ consuetudines Tolosæ vincunt legem scriptam.

c Quæ sunt ille. xx. ignoram⁹, & de hoc mihi videt, vt scripsi inferi⁹ post finē vbi est scriptū. Expliciūt cōsuetudines Tolosæ, &c. d Verbum rogam⁹

a Per veros prudentes & discretos de nostro consilio, qui omnes consuetudines prædictas contentas in rotulo quem vobis mittimus inspexerunt. Nos easdem vt dictum est cōfirmam⁹. b Exceptis viginti, c cōsignatis in ibidem super quibus adhuc deliberare intendimus. Et quia prædictos consules nobis non potuit fieri plena fides, q̄ pro consuetudinibus hatur. Nos abbatem moyciacensem rogam⁹ d & vobis Senescallo Tolosæ vel magistro Stephano montelli, iudici apellationum, si dictus Senescallus non sit præsens. Mandamus, quatinus librum consuetudinum consulum Tolosæ, & ciuium prædictorum faciatis exhiberi vobis, & eo exhibitō inquiratis diligenter, per iuramenta dictorum cōsulum qui nunc sunt, & aliorum ciuium fide dignorum si cre-

quo ad personam ecclesiasticam quod demonstrat benignitatē tanti prin-  
pis & honestatem.

dunt a cōtenta in dicto libro esse  
Consuetudines civium Tolosæ &  
fuisse. Et si hoc audiuerint dici a fi-  
de dignis faciētes collationem de  
dictis Cōsuetudinibus scriptis cū  
dicto rotulo cum detractionibus,  
quem rotulum vobis mittim⁹ sub  
contra sigillo nostro sigillatum, &  
si ita esse inueneritis Consuetudi-  
nes in dicto rotulo scriptas cū qui-  
busdam adiectionibus & declara-  
tionibus per nos factis illis, videli-  
cet viginti exceptis in quibus con-  
tineri videbitis verbum, Non pla-  
cet, vel verbum deliberabimus fa-  
ciatis inuolabili er obseruari. Et in  
de duo regestra b fieri quorū vnū  
remaneat pœnes Consules Tolo-  
sæ. Et aliud pœnes vicarium c To-  
losæ in castro Narboneñ. vt quan-  
do dubitabitur super consuetudi-  
ne ad dictos libros seu eorum alte-  
rum ad habendam certitudinem  
recurratur retenta nobis delibera-  
tione super viginti consuetudini-  
b⁹ supradictis. Actum Nemauso  
die martis, post festum beati Luce  
euangeliste. Anno dñi millesimo  
ducentesimo octuagesimo tertio.

a Notandum q̄ princeps per  
huiusmodi rescriptum fuit cō-  
tentus iuramento. credulitatis  
vel de auditu dici, cum aliasta-  
le testimonium non valeat p-  
tex cū ibi notatis, in. l. testium  
. C. de testibus. Est enim crede-  
re medium inter scire & nesci-  
re, vt per Barthol. in. l. admo-  
nendi. ff. de iureiuran. vbi opti-  
me de hac materia. Tamen qñ  
quis de arte aliqua, vel pericia  
alicuius interrogatur valet te-  
stimonium de credulitate. ff.  
de vent. inspi. l. j. vt in medico  
vel obstetricæ & similibus.

b Facit ad id quod dictū fuit  
supra circa princip. literarum  
& dicitur infra circa finem. p-  
cessus cōmissariorum per do-  
minum Regem super hoc de-  
putatorum.

c Verbum antiquum contra  
illos qui dicunt q̄ debet voca-  
ri Viguerius, & dicitur liber, il-  
le liber albus sicut ille qui remā-  
sit, iu domo communi Tolosæ  
Et consuevit teneri per nota-  
rium registri curiæ dicti Vica-  
rij in principio cuius est for-  
ma iuramenti quod præstant  
Capitularij Vicario antequā  
incipiant administrare.

Consuetudines Tolosæ.

**E**T IBIDEM dicti consules supplicauerunt cū instantia compleri dictum mandatum, & procedi in dicto negocio. Contento in dictis literis supra dictis, secundum dictarum domini Regis contententiã literarum. Maxime cum iuramenta dicti domini Regis literæ præsentate fuissent. Et ipsi inceperunt procedere & iuramēta recepissent, à quibusdam Consulibus, & ciuibus Tolosæ fide dignis, secundum quod mandabatur eisdem per literas prædictas. Et obtulerunt iisdem Consules, & exhibuerunt dominis antedictis. Librum consuetudinum consularis, & ciuium Tolosæ. Quo exhibito ipsi domini incontinenti receperunt sacramentum à prædictis

Consulibus, & ab alijs personis & ciuibus, Tolosanis, infra scriptis, q̄ deponerent, & dicerent veritatem super contentis in libro supra dicto iuxta tenorem literarum prædictarum. Nomina quorum inferius continentur. Guillelmus de quimbally, Geraldus arnaldi, Belot de messal, Bernardus bōbel, Vitalis de portallo, Raymundus de garrigijs, Raymundus descalquens. Veteres Consules Tolosæ.

**I**TEM Arnaldus de castronouo miles, Guillelmus hugo de sancto lupo, Petrus de castronouo miles, Aldricus de prinhaco, Bernardus de villa noua, Bernardus de pōte, Raymundus brifonerij, Guillelmus Raymundus de vlmo, Stephanus morandi, Vitalis bonet, Petrus amelij, Guillelmus de turre de ciuitate, Bernardus Raymundus barraui, Arnaldus barraui, Petrus de prinhaco, iacobus bosqueti, Petrus Guillelmus blasini, Carbonellus de prinhaco, Tolosa bergani, Raymuudus clauelli, Guillelmus vitalis vasconis, Guillelmus Raymuudus de garrigia, Raymundus maurani, Petrus Raymuudus de garrigia, Guillelmus de galhaco, Guillelmus bosqueti notarius, Hugo Iohannis, Petrus scriuia, Bernardus Raymundus baranho, Petrus de posanis, Durandus de san-

cto bartio. Bernardus de agromonte, Bartholomeus bequini, Guillelmus de turre, de burgo, Guillelmus ponçhastre, Petrus de roaxio, Petrus de portali, Bernardus de monte aygone, Barnardus Raymundus de podio buscano, Raymundus adhemari, Guillelmus de prínhaco, Geraldus lupeti, Pōtius durandi, Ademarius de acromonte, Raymundus maurini, loannes de traieto, Guillelmus de amatis, Petrus de monte dulci, Raymundus bernardi, Hugo de brugada, Raymundus furnerij, loānes arnaldi, Vitalis de fargijs, Arnaldus pōcij, & Raymūdus guillermi. Ciues Tolosani. Qui omnes testes iurauerunt super premisis dicere veritatem. Et tandem ostenso libro prædicto, omnibus testibus supradictis. Consuetudinum prædictarum, Guillelmus de turre, testis iurat⁹: de voluntate omnium testium prædictorum interrogatus dixit se credere contenta in dicto libro, esse cūsuēdines ciuiū Tolosæ & fuisse. Et dixit hæc audiuisse dici à fide dignis ita esse. Et singuli testes suprascripti, iurati, & requisiti, dixerunt similiter, illud idem.

Post modum vero eadem die de dictis consuetudinibus in dicto libro scriptis, cum contentis in quodam rotulo, sub contra sigillo eiusdem domini Regis sygillato. De verbo ad verbum collationem fieri fecerunt prout continebatur in literis antedictis. Et fuit assignata dies ipsis Consulibus facta ipsa collatione q̄ comparerent ipsi Consules in crastinum coram ipsis ad complendum ea quæ restant complenda, de literis prædictis, & mandato eis facto in eadem Ecclesia sancti Petri. Qua die comparuerunt ipsi consules, coram dictis dominis, supplicantes idem Consules, q̄ mandatum quod eisdē fecerat dictus dominus Rex adimplerent. Maxime cum dominus Senescallus, prædictus Carcassone secundum mandatum prædictum ab excellentissimo principe domino Philipo dei gratia Francorum Rege, qui nunc est mandatum de complendo eodem mādato & exequendo verbo thenus ha-



## Consuetudines Tolosæ.

huius. Et tandem dicti domini habita deliberatione, & collatione facta, ut est superius dictum. Et diligenter audita cum libro consuetudinum, de consuetudinibus in dicto rotulo scriptis, cum additionibus, & declarationibus factis. Per curiam dicti domini Regis illis videlicet viginti exceptis, in quibus continetur verbum non placet &c. Vel verbum de liberabimus voluerunt. Quia ita inuenerunt ita esse in libro, sicut in dicto rotulo continetur. Exceptis additionibus, declarationibus, & detractionibus, de quibus fit mentio supra. Quem librum seu rotulum predicti Consules, & alij testes approbauerunt medio iuramento. Idcirco auctoritate predicta eis commissa voluerunt, & mandauerunt ipsas Consuetudines inuiolabiliter obseruari, iuxta formam mandati ad ipsos directi, & facti, Et quod de contentis in dicto rotulo, cum additionibus & detractionibus ibi contentis. Dictis viginti duntaxat consuetudinibus exceptis in quibus continetur verbum non placet, &c. vel verbum de

a Ita fuit semper obseruatum & obseruatur de presenti quod facit ad superius deducta, videlicet quod consuetudines Tolosæ debent esse in scriptis & registrata.

b Ex hoc Inoleuit stilus & modus faciendi, ut quicumque allegat consuetudinem Tolosæ non credatur, ei nisi fieri faciat extractum parte vocata ab altero dictorum regestrorum & signanter à libro albo consuetudinum Tolosæ, & ita obseruatur in practica,

liberabimus fiant duo regestra a quorum vnum remaneat pœnes Consules Tolosæ. Et aliud pœnes vicarium Tolosæ, in castro Narbonensi, ut quando dubitabitur super consuetudine ad ipsos libros vel eorum alterum, ad habendam certitudinē recurratur b retenta iuxta formam mandati predicti predicto domino Regi deliberatione super viginti consuetudinibus supradictis. Acta fuerunt hæc Tolosæ in dicta ecclesia in presentia & testimonio religiosorum virorum domini Gausfredi Abbatis

monasterij belle partice Cisterciensis ordinis. Fratris Leonardi geraldii, prioris prouincialis fratrum prædicatorum in Aquitania. Fratris Arnaldi de fulgario ordinis fratrum minorum. Raymūdi desqualcis, eiusdem ordinis. Fratris Raymūdi conueniarum ordinis prædicatorum. Fratris Raymundi de castronouo. Fratris Leonardi raynaldi, ordinis fratrum minorum, domini Armandi de spao, prioris sancti Petri de Coquinis. Magistri Guillermi de Iespinaffa, magistri Raymundi de pefato, magistri Arnaldi de pōte, magistri Bernardi molineri de cordua. Guillermi prioris de fallella, Diocesis Narbonensis, magistri Ioannis de aurola. Astorgij de la costa, clericorum domini Regis. Raymundi arnaldi militis vicarij Tolosæ, domini Bernardi de petra bruna, presbiteri, & plurium aliorum. Et mei durandi de quercu, Poncij Notarij castri de summo podio senescallie Tolosanae, cui iniunctum fuit ibidē per dominos antedictos. q̄ cum additionibus, & declarationibus detractis viginti Consuetudinibus antedictis. Et alijs prout sunt in dicto rotulo consuetudinum consignate, in forma publica scribere duos libros, quorum vnus prædictis Consu. libus <sup>a</sup> & alter dicto Vicario <sup>b</sup> prout per dictas literas mādatum extitit erant traderentur. De quo quidem rotulo cōsuetudinum de verbo ad verbum, cum additionibus & declarationibus factis, exceptis viginti duntaxat in quibus continet verbum non placet, vel verbū deliberabim⁹. Conscripsi duo registra prout inferius continetur.

<sup>a</sup> Vocatur liber albus consuetudinum Tolosæ, & consuevit aliquando teneri per notariū registri domus communis ad faciendū extractus ipsarū consuetudinum, vel alterius ipsarum. Et aliquando ponitur & tenetur in archiuis domus communis vidi sæpissime.

<sup>b</sup> Vocatur etiā liber albus, & consueuerat teneri per notarium registri curie vicarij Tolosæ, in principio cui⁹ est forma iuramenti quod præstabant

Consules. Et nunc præstant capitularij Tolosæ in manibus vicarij Tolosæ post illorū noiationē & illi⁹ publicationē, in crastinū festi beate Cathering.

De in ius vocando.

Rubrica.

**A**D honorem sanctæ Trinitatis patris, & filij, & spiritus sancti Amen. Consules vrbis, & suburbij Tolosæ. Scilicet Petrus de castronouo miles, Durandus de sancto bartio, Bernardus de agromonte. Bernardus raymūdus baranhoni Guillermus poncij fusterius. Bernardus faurelli. Ioannes de castronouo. Guillerm⁹ petri pagesia. Petrus gilaberti, Raymondus Karabordas. Poncius furneri, Videntes recipientes Consuetudines Tolosæ, licet scriptas. Et in registro eorum curiæ regestratas, & indiuisas mixtim & inordinate positas. In eodē & sine certis titulis collectas, sic q̄ difficile erat querentibus necessariam consuetudinem inuenire. Prædictas cōsuetudines, nil addito in earum substantia vel mutato in quatuor particulas, diuiserunt & ordinate eas, & quanlibet earū secundum suam materiam sub certis titulis, collocauerunt proferendo, vt decebat postpositas & præpositas postponendo. Quas quidem consuetudines, tales esse dixerunt vt inferius continetur.

Et incipit Rubrica de origine consuetudinū vrbis & suburbij Tolosæ. Et primo, Rubrica.

De in ius vocando.

**N**OVERINT vniuersi præsentēs pariter & futuri q̄ consuetudo seu vsus approbata, seu approbatus & longissimo tempore obseruata, seu obseruatus est Tolosæ, q̄ creditor potest in iudicio cōuenire debitorem suum pro sue debito & fideiussorem a eius, vel eorum locum tenentem vel tenentes. Et cum debitor vel eius locūtenens vel tenens

parū insitē  
dū ē sup̄ ista  
cōsuetudie  
qa vix practicat, vel  
allegat in  
iudicijs.

a De iure est contrarium, in auct. præsentī. C. de fideiussō. quia primo debet discuti debi-

tor vel eius locūtenens vel tenens

tor principalis deinde fideiussor sed ista consuetudo est in contrarium.

a Ut sunt hæredes, vel bonatenentes, aut fideiussores tenentes res specialiter hypothecatas. Et ita elicitur ex text. l. persecutione pignoris, & auct. hoc si debitor in princ. C. de fideiussor. cum ibi nota, per glo. & Bart. & alios scribentes. Adeo q̄ si sint plures res hypothecate, & a diuersis possessoribus possi-

tes primo responderit vel responderint. Et bona eiusdem debitoris non appareant absq̄ impedimento ventilata causa primo cum eodem debitore, vel eius locumtenente a vel tenentibus. Post modum ille fideiussor vel eius locumtenens vel tenentes, tenetur vel tenentur respondere eidem creditori & satisfacere de debito supradicto maxime cum debitor principalis decesserit b et bona ei⁹, vt dictū est nō inueniant sine impedimento.

in verbo actum. in auct. hoc si debitor. de fideiussor. Et quando quis dicatur præsens & per contrarium absens. vide in auct. de fideiussor. circa prin. glo. in verb. præsens coll. j. Et dictum illius glo. in verb. actum sit approbatur de consuetudine, vt possessor bonorum absentis possit conueniri, vt optime habetur per Petr. Iaco. in libell. suis tit. de hypotheca, actio.

**I**TEM est vsus siue consuetudo Tolosæ q̄ si quis accusatur in curia cōsulum super morte alicuius Vulnere furto, aut alijs causis criminalib⁹ debet citari legitime idē accusatus tribus vicib⁹ vel edictis

in criminalibus fuerunt immutati. Ita vt vix forma procedendi intelligi possit, Et cum dicitur hic q̄ accusatus debet citari tribus vicibus vel edictis, &c.

deantur res obligate poterit creditor suam executionē incipere super vna re tantū etiā si existat magni valoris & contra illi⁹ possessorē per tex. in. l. moschis. iuncta glof. ff. de iur. fisc. & ita ab expresso tenet ibi Bart. & si debitor principalis fuit conuentus & sit contumax creditor poterit mitti in possessionem bonorum dicti debitoris, vt optie dixit Abb. Panor. in. c. qm̄ frequenter. §. in alijs colum. iij. extra vt litte non cōte est. qui in hoc residet.

b Idem si sit absens, vt conueniri non possit, vt dicit glo.

**S**per ista consuetudine nō multum intendo insistere Quia per stilum curiarum aliter fuit obseruatum. Et vltime ordinationes Regiæ publicate in parlamento Tholosæ in mense Nouembris anno domini. M. D. xxxix. Stilus & forma iuris in procedēdo in cau-

## De in ius vocando.

De iure in citatione absentis debet esse triduum inter spatium cuiuslibet citationis seu proclamationis. Et potest interuenire pro absente excusator qui propouat causas excusationis per text. in. l. inter accusatorem. ff. de publi. iudic. Et videatur Bart. qui optime legit dictam. l. Et aliqua dicit que conueniunt cum dictis ordinationibus Regijs stilus tamen est q̄ tales citationes seu adiornamenta sub pœna banni, & confiscationis bonorum non fiunt nisi pro criminibus publicis & reperitur fundatum crimen seu fundata accusatio & fit inquisitio summaria de fuga delinquentis & cōstito summarie de fuga tunc proceditur ad adiornamenta personalia ad fines banni, & confiscationis bonorum iuxta ordinationes Regias, vel stilū curiarum vbi non sunt ordinationes in contrarium.

a Contra videtur in auct. de litigio. §. omnem. coll. viij. vbi dicitur q̄ debet esse spatium triginta dierum. Sed illud habet verum in ciuilibus hic autē loquitur in criminalibus.

b Concordat infra de sentent. diffinit. consuetu. ij. §. j. in prima parte consuetudinum.

c Ad hoc facit tex. in auct. vt oēs obed. iudic. prouin. §. si igitur coll. v.

d De iure postq̄ adiornatus fuit & declarat̄ cōtumax post annum non auditur quo ad bona, sed bene quo ad perso.

Quorū quilibet debet triū a diorū completorum spacium continere & post modum si ipsis consulibus videbitur vna dies competens & arbitraria. Debet dari requirentibus amicis, & parentibus accusati ad quam diem venire faciant accusatum vel eum habeant pro posse ipsorum in curia ipsorum consulū Et post modum si non comparuerit accusatus debet tubicinari per ciuitatem & burgum Tolosæ tribus b edictis vel tubicinationibus quibuslibet continentibus triū dierum spacium completorum ita q̄ prædictus accusatus debet habere tam ratiōe citationum legitime factarum q̄ tubicinationum, prædictarum decem octo dies completos, adueniens ad veniendum, sibi vel se excusandum legitime competentes. Et si nō comparuerit dictus accusatus In iudicio coram ipsis consulibus infra prædictos dies sibi per nuncios vel nuncium consulum & tubicinorum assignatos ipsi consules debent ipsum accusatum condemnare c & cōtra ip̄m sentētiare eius cōtumacia exigente. d Et cum effectu manda-

nam si probauerit suam innocentiam vt. C. de requirend. rei. l. ij. & ff. eod. l. j. ij. & fi.

a Quid si anteq̄ se præsentaret fuit inuentus & captus infra annum an possit suam innocentiam purgare videtur q̄ non quia ex necessitate hoc videtur allegare. ff. de edilic. edict. l. quis sit fugitiuus. vers. hoc ita, q̄a debebat se presentare iustitiæ, & nō expectasse, vt caperetur sicut ibi dicitur de seruo fugitiuo q̄ anteq̄ se præsentaret domino fuit inuentus, & captus quia non ex volūtatē, sed ex necessitate fuit ipse præsentatus. Et nemo in necessitatibus liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adimend. legat. Aliqui tamen tenent cōtrarium si infra annum fuerit captus si dicat habuisse animū purgandi suam ignoscentiam

bitur executioni, nisi sic cōdemnatus. Reuersus a vellet coram vicario suam innocentiam probare probationib⁹ manifestis. Ista eadem cōsuetudo siue vsus est in castris, villis, forcijis, & bouarijs, que sunt infra dex. Tolosæ b nisi forte ibi alia consuetudo sit & etiā obseruetur.

& ad hoc faciendum venisse, & allegant tex. in. l. nihil. ff. de capt. & post. l. mi. reuer. cum concordan. ibi alleg. per glos.

b Facit tex. in auct. quib. mod. natu. effi. sui. §. si quis igitur, ex quali bet oriatur ciuitate, vbi glo. in verb. persoluar, dicit q̄ ville & castra, sub ciuitate sequuntur ius ciuitatis ff. ad municipal. l. qui ex vico. & C. de episco, & cleri. l. nulli. §. q̄ si in vico. Quod facit vt Consuetudines Tolosæ non extendantur vltra castra vel bouarias quæ sunt sub ciuitate Tolosæ. Qui autem sint dex. Tolosæ, multi errāt q̄a alij sunt dex Tolosæ & alij sunt dex vicarie Tolosæ q̄ etiā abusue dicuntur dex. Tolosæ tñ loca infra illos dex. Vicarie nō sunt sub ciuitate. Sed sunt alterius potestatis & iurisdictionis, & infra in fine, declarabuntur dicti dex. put sunt in libro albo consuetudinum Tolosæ.

No. 91 Sa  
hinc in  
explicat vult  
gardingum

### Rubrica de Procuratoribus & deffensoribus.

**N**Ouerint vniuersi presentes pariter & futuri, q̄ vsus seu cōsuetudo est Tolosæ, q̄ in causis

**S**per huiusmodi consuetudine quo ad curias temporales non est insistentium quia non vidi illam necessario obseruari. Sed potius ordinationes Regiæ publicatæ in parlamento Tolosæ Anno domini M. D. xxxix. in mensæ Nonembris per quas necesse est quot

## De procuratoribus & deffensoribus.

comparens pro alio ante littem contesta. faciat fidē de potestate sua.

**a** Dispositio iuris communis est in contrarium. l. nihil. C. de procu. & vī de ibi per glo. & dicta. l. cauetur. q̄ procurator potest constitui tam ante litē contestatam q̄. post. lit. cont. differentia tamē est quia ante littem contestatā procurator datus non potest substituere quia nō est domin⁹ litis, sed bene post litem contestatam, & de huiusmodi materia. vide nota in. c. j. de procu. lib. vj. quia seruiunt in curijs spiritualibus.

**b** Ista consuetudo est conformis dispositioni iuris communis tam ciuilibis q̄ canonicis. vij. q. iij. c. in criminalibus. Tñ sunt casus excepti qui notātur per glo. in. c. si quando. ij. q. vj. gl. in verb. exploratores. ij. de iure ciuili. vide text. notabilē. in. l. accusatore. §. ad crimē. ff. de public. iudic. vbi dicitur ad crimen iudicij publici perseq̄n

dum frustra procurator interuenit. Multoq̄ magis ad deffendum, sed excusationes absentium ex senatusconsulto iudicibus allegātur, & si iustam rationem habent sententiam differunt, & ita dicit tex. notabilis. Quoniam ad excusandum absentem admittitur excusator ad petendū dilationem ad venire faciendum illum qui adiornat̄ voce tube. Et ita praticatur vnde in delictis & criminibus publicis, decretatis inquisitionibus aliquando conceditur mandatum de capiendo ad corpus aliquando adiornamentum personale. Et si Regius capiatur, vel adiornatus compareat auditur secrete post modū fit petitio per partem lesam & propositio per procuratorem Regium, vel dñi loci habentis iurisdictionem, & tunc amittitur procurator vel aduocatus ad deducendum innocētiam. Et idem in priuatis delictis exigētibus p̄nam corporalē, & vt plurimū in furto. Bart. multa notabilia dicit per quinq̄ collumnas super dicto. §. ad crimen. que esset longum hic dicere.

ciuilibus ante litis **a** contestationem, non admittitur procurator vel deffensor nisi de volūtate partium illud fiat.

**I**tem est vsus seu cōsuetudo Tolosæ, q̄ in causa criminali **b** ante litis contestationem, nullus potest interuenire nec admittitur procurator vel deffensor q̄tuncumq̄ sit persona cōiuncta. Nisi hoc fieret de voluntate partium litigantium & extendit se ad omnes forenses litigantes in Tolosa.

## Rubrica de Tutoribus & Curatoribus.

a Videtur cōtrarium de iure. C. de episco. audien. l. decretationibus. sed loquitur proprie in Curatore furiosi, idem in. l. cum furiosus. §. sed cum antiquitas. C. de curato. furio. vel prodig. vbi sunt similia verba, q̄ in præalle. l. auetationibus supra alle. dicit

**N**Ouerint, & c. q̄ vsus & cōsuetudo est Tolosæ q̄ quādo cōsules Tolosæ dant tutores alicui pupillo & bonis suis, vel in bonis alicuius defuncti, q̄ dicti Tutores non dant fideiussores. a Et quibus non dederint fideiussores valet eorum tutela, & valet venditiōes quas fecerint ipsi tutores de honoribus dicti pupilli, vel dicti defuncti factis tribus tubicinis, & facta confirmatione per Consules. Et ita seruatur de consuetudine Tolosæ. Eo q̄ fideiussores non dederint in aliquo non obstante.

**I**TEM vsus et cōsuetudo est Tolosæ, q̄ Tutor testamētarius qui vulgariter appellatur spondarius non repellitur ab administratione negociorū pupillorum. Nec denegatur ei agendi pro pupillo cōtra debitores pupilli actio. Eo q̄ inuentarium b non fecit dictus Tutor, nec etiam adiungitur propter hęc Curator dicto Tutori. Et hoc maxime si dictus pupillus sit

ratore furiosi. Tamen in omnibus curatoribus habet locum, vt. C. arbitri. tutel. l. si. §. si. & vide ibi optime per Bald. an testator possit remittere conse-

uetationibus supra alle. dicit tamen tex. q̄ talis curator datus prodigo tenetur satisfacere si non habeat sufficientem substantiam seu patrimonium, tamē de iure communi Tutores vel Curatores dati ex testamēto, vel ex inquisitione non tenentur satisfacere, quia eorum fides est approbata per testatorem in Tutore vel Curatore. dato ex testamento. Vel ex inquisitione per iudicem. in tit. de satisfda. tuto. vel curato. per totum titu. nisi post modum appareat q̄ non sunt sufficientes quia tūc tenentur satisfacere cōmuniter de iure satisfacere debent nisi Tutores testamentarij & ex inquisitione dati, vt. C. de tutor. & curator. qui satisfd. non dedi. per totū. tit. signāter in. l. non dubium, amplius nō procedo quia tractare hęc materiam esset nimis longum sed sufficit dicere in quo hęc consuetudo conuenit vel differt a dispositione iuris communis.

b De iure aut cōtrarium, vt. C. de episco. audi. l. de decretationibus tutorum. & in. l. cum furiosus. §. si autem. de curato. furi. Sed ille. ll. loquuntur in cu-



De minoribus vigintiquinque annorum

et ionem inuentarij Tutori, Sed quoad huiusmodi consuetudinem erat dubium, quoniam infra tempus consiciendi inuentarium & perficiendi pro quo dantur tres menses de iure. vt. C. de iur. delib. l. scimus. §. sin autem dubi<sup>9</sup> hæres non debet vexari per creditores vel conueniri vt. d. l. scimus. §. donec tamen, sic nec hæres, vel tutor non debet conuenire debitores, per tit. quod quisq; iur. ff. tñ per istam consuetudinē possunt conuenire debitores, & ita etiam est de iure. vt tenet Bart. in. d. §. donec tamen.

a Nota ratione cōsan-  
guinitatis aliqua fieri quę alias  
non fierent. l. si tutor aliquo  
vinculo. ff. de suspect. tu, Et ibi  
glos, quę adducit multas con-  
cordan. quo ad hoc.

b Infra tres mēses, vt supra  
alias pugniret pennis a iure in-  
troducitis. C. arbit. tute. l. si. §. si.  
cum concordan. ibi per glos.  
notatis.

c An possit remitti per te-  
statorem vide infra post con-  
suetudines super Arresto sanc.  
§. nos igitur,

d **I**sta consuetudo est cōtra  
dispositionū iuris com-  
munis, quoniam si minor fue-  
rit deceptus in contractu re-  
stituitur imo contractus non  
tenet. C. de in inte. rest. l. si cura-  
torem. Quinimo si fuerit lata  
sententia contra minorem ex  
contractu per ipsum celebra-  
to in eius preiudicium non te-  
net. C. si aduer. rem iudica. l. si.  
Et habet beneficium restitutio-  
nis in integrum, iurib<sup>9</sup> preall.

& C. qui legitimi. perso. habent scand. in iudi. l. j. & ij. & de procurato. l. non  
eo minus. cum concordā. Et quis fuerit alias dubium an aduersus sententiā  
in materia possessoria, seu prima tenuta lata minor possit in integrū resti-

de parētela a tutoris, seu spōdarij  
supradicti, hoc tamen non obstan-  
te ad confectionem inuentarij b  
tutor quilibet teneatur. c

Rubrica de Minoribus  
xxv. annorum.

**N**ouerint d &c. q; de vsu &  
consuetudine Tolosæ, lauda-  
dabili & præscripta notoria & ma-  
nifesta, tenetur & obseruatur, &  
est obseruatum & obtentū in To-  
losa. Et infra dex seu terminos To-  
losæ a tēpore a quo non extat me-  
moriam q; maior quatuordecim an-  
nis minor-xxv. Patre mortuo, po-  
test se obligare, emere, & vendere  
& cōtractus alios celebrare, & po-  
test esse in causa seu causis, & ha-  
bet personam standi in iudicio, &  
si sententia contra ipsum feratur  
non restituitur ratione minoris

ius communis opinio est q̄ sic per rationes & causas all. per glo. fin. in. l. j. C. si de momen. posse. appella. fue. quam communiter tenent scriben. Tamē ista consuetudo est in contrarium alias non diceretur cōsuetudo si esset cōformis dispositioni iuris communis per iura vulgata.

ætatis a Nisi tamen ille fuerit cōditionatus à patre in testamento, cum carta publica, vel sibi vsq̄ ad tempora, vel tempus fuerint datī a consulibus curatores, infra quod tempus si ita est, debet sequi cōditionem sibi à patre appositam b in testamento vel stare & esse, sub illorum consilio curatorū non obstante consuetudine supradicta.

**I**TEM vsus seu consuetudo est Tolosæ, q̄ maior quatuordecim ānis potest stare i iudicio in causa seu causis iniuriarum sine auctoritate patris c licet sit in patria potestate, & si sententia lata fuerit cōtra ipsum in causa seu causis iniuriarum non retractatur sententia pro eo q̄ pater non præstitit, sibi auctoritatem.

maior quatuordecim ānis minor tamē. xxv. pōt stare in iudicio de iure cōmuni, etiam sine curatore, vbi plene Panor. hāc materiā decidit, text. etiā in renunciatione bñficij minorū, in. c. si annū, de iud. li. vj. cū ibi nor. Pōt tñ esse q̄stio, q̄ licet minor. xxv. annis maior tñ. xiiij. nō habeat bñficiū restitutionis in integ. cū ad cōtractū m̄rimoniij an habeat restitutionē in integrū quo ad dotē vel res donatas cōtēplatione m̄rimoniij absq̄ curatore si lesus fuerit tex. est q̄ possit in. l. curator. ff. de admini. tuto. vel cura. cū cōcordāt. all. ibi per gl. vbi dī q̄ tales expēse debēt fieri auctoritate curatoris, vel p̄ curatores.

b Quia disponat testator & erit lex in auct. de nupt. §. disponat coll. iij.

c De iure cōmuni, cōtra. C. de bo. q̄ libe. l. cum non solū. §. sancim⁹, vers.

a Crederem hoc habere locum, si eo quia solus fuit in iudicio dum tamen alias diligenter se habuit vt maior, aliter autem potest petere beneficiū in integrum restitutiones, per nota. in pre. all. l. j. C. si de momen. possess. appellat. fue. Sed quid in matrimonio contrahendo, vel in renunciatiōe beneficij an minor contrahens matrimonij, vel renūciās bñficiō ecclesiastico possit petere restitutionem in integrum esset hic facere vnam repetitionem que duraret plusq̄ consuetudines p̄sentes. Sed me remitto ad text. & ibi nota. in. l. ait p̄tor, in prin. ff. de minor. Et ibi Bart. & Eald. & in. l. in copulandis. C. de nup. & ad text. & glo. in verb. quis minor in, c. ex parte de restit. expoliato. vbi ponuntur casus in quibus

neq; & vers. & filius & vers. necessitate ubi dicitur q; est necessaria autoritas patris. Et ibi Bart. qui facit ibidem plures notabiles quaestiones circa istam materiam & lacius Bald. quorum dicta esset hic longum deducere. Et intelligitur tex. d. §. necessitate, in actione civili, Secus in criminali quia tunc non est necessarius consensus patris. Et etiam in actione personali, sed solum in civili & reali, ut optie habet per Ang. aret. insti. de tutel. iu prin. ibi ex hijs infertur ubi pulchre & remissive de hac materia loquitur de causa criminali est text. in l. inter liberas. §. filius familias. ff. de adulte.

a Secus de iure communi quoniam instrumenta sunt edenda sine die & consule vt. ff. de edendo. l. §. editioes sine die, &c. Rationem ponit text. quae est ne quid fraudis ex cogitetur edito die & consule tamen in practica dispositio illius. §. editioes non seruatur, sed potius ista consuetudo, in eo q; dicit q; instrumentum debet edi ex integro, vide Bart. in d. §. pre. all. Qui ibidem plures notabiles quaestiones format & adducit.

b De iure seruatur contra rium. imo datur deliberatoria ad contradicendum, vel deliberandum nedum super instrumento verum etiam super libello, vt. C. de lit. contes. auct. offeratur. Posset tamen habere locum haec consuetudo quando producit in scriptura priuata continens confessionem debiti, vel simile, vel solutionem quando talis scriptura est scripta, vel signata per illum qui conuenitur super a veratione talis scripture, quonia si compareat in iudicio & pro-

### Rubrica de Edendo.

**N**Ouerint, &c. q; vsus & consuetudo est Tolosae q; si aliquis exhibeat in iudicio instrumentum publicum ad probandum intentionem seu illo vtatur contra aliquem in iudicio. Et pars altera petat illud sibi tradi & ex toto sibi exhiberi, debet totum instrumentum tradi et exhiberi parti alteri totaliter scilicet illi parti contra quam illud producit instrumentum, vt cum illo instrumento seorsum in curia deliberet, & possit deliberare. Et ibidem pars illa cui traditum est instrumentum praedictum habita deliberatione super illo illico reddere & restituere illud instrumentum alteri parti quemadmodum sibi traditum fuit ab eodem. Quo facto pars praedicta tenetur respondere praedicto instrumento incontinenti illud concedendo vel negando, si a parte altera fuerit in iudicio requisitum.

ducatur scriptura tenetur illam auerare incontinenti absq; deliberatoria. Et talis est stilus curiarum, & ordinatiōes Regie moderne prouiderūt vtr̄c̄ cufans auerare bilhetam habeatur, p̄ auerata & portet ypothecam.

Rubrica de arbitrijs.

**N**ouerint, &c. q̄ vsus siue consuetudo est Tolosæ, q̄ compromissum & dictum arbitratorum cum fide a ab vtraq; partium data quāuis pœna b ibi nō fuerit appositā valet de cōsuetudine Tolosæ.

Rubrica de iudicijs

**N**ouerint vniuersi, &c. q̄ vsus seu consuetudo Tolosæ est, q̄ instātia iudicij non perit c̄ per lapsum triennij post litem contestatā d̄ de cōsuetudine Tolosana

Rubr. de foro cōpetenti.

**N**ouerint vniuersi, &c. q̄ vsus est & consuetudo Tolosæ q̄ si aliquis forensis obligat se in Tolosa alicui ciui Tolosæ sup̄ aliqua pecuniā quantitate per soluenda maxime cum publico instrumēto per publicum notarium Tolosæ confecto q̄ talis forensis obligat̄ fortitur & sequitur e forum Tolosæ, & tenetur ciui conquerenti iuri parere secundū vsus & consuetudinē Tolosæ quo ad obligationem supradictam.

debet fieri solutio alias autem non esset dubiū. ff. de eo. qd̄ cert. lo. per totū nisi debitor data opera noluerit se reperire in loco destinato q̄ tunc vbiq;

a Fidei interpositio equi pollet iuramento. c. ad aures, de hijs q̄ vi metu, cā fi. & de fide ius. c. puenit facit. c. puenit de arbi. Et id̄ valet hæc cōsuetudo propter fidem datam, & forti⁹ si interuenerit iuramentum.

b de iure non statur sententia arbitri nisi metu pœne qm̄ pœna est appositā, vt. C. de arbit. l. j. & ij. & ff. eod. tit. l. j. & ij. cum ibi nota.

c De iure communi & ciuili est contrarium vt. C. de iudi. l. properandū primo resp. & s. plerunq; vbi dicitur q̄ instātia perit per lapsum triennij nisi in duobus casibus exp̄s. sis in. d. l. j. respon. Tamen in practica dispositio illi. l. non obseruatur sed potius ita consuetudo, nisi obiciatur de heremocidio.

d Ista cōsuetudo est cōformis dispositioni iuris canonici in. c. venerabilis, de iudic. in antiq. & debet intelligi de triēnio post litem cōrest. secundū glos. in præall. c. & ibi optime per Panor.

e Ista consuetudo debet intelligi quando in instrumento non exprimitur locus in quo

## De foro competenti.

potest conueniri. l. j. tit. pr. all. Et potest hæc consuetudo procedere de iure communi, per tex. in. l. contraxisse, ff. de actio & obliga. q̄a videtur quis contraxisse in loco in quo vt soluerit se obligauit, & tex. in. l. hæres absens, ff. de iud. §. si. plus dicit videlicet q̄ potest quis conueniri tam in loco in quo contraxit q̄ in loco in quo debuit fieri solutio, & ibi est glo. optima quibus modis quis fortitur forum concordat tex. in. l. iij, ff. de bo. aucto. iudi. pos. siden. ex quibus militat illud vulgare quod allegant aduocati q̄ ratione cōtractus quis forritur forum.

a In tantum q̄ reconuent<sup>o</sup> uon poterit iudicem illum recusare quia illum elegit & approbavit. l. eum papinian<sup>o</sup>. C. de senten. & interloq. om. iud. per rationem quam ibi adducit tex. Cuius enim in agendo obseruat arbitrium, eum habere & contra se iudicem in eodem negotio nō de dignetur, Qualiter intelligatur verbum in eodem negotio habetur p̄ Bart. in. d. l. cum papinianus.

b De iure communi est cōtrarium, quia coram alio iudice non potest fieri reconuentio durante primo iudicio: vt in auct. & consequēter, de senten. & interloq. om. iud. Tamē ista consuetudo permittit contrariū, & an in causa, præiudiciali, vel causa criminali. et pluribus alijs casibus possit fieri reconuentio videatur Bar. in. d. auct. & consequēter & ibi Bald. quorum dicta esset hic longū recitare & describere sed sufficiat remissio

c de iure videtur contrariū durante officio per tex. in. l. ij. ff. de iniurio. Item quia consules qui nunc di-

**I**TEM vsus et cōsuetudo est Tolosæ, q̄ si aliquis ciuis Tolosæ queritur de aliquo ciue Tolosæ Concoram aliqua curia siue iudice reus de consuetudine Tolosæ potest actorem illum reconuenire corā eodem iudice siue curia a si voluerit vel potest illū cōuenire si magis voluerit corā alio b quolibet iudice vel curia in Tolosa si tamen est de foro illius curiæ seu iudicis. Causa illa non obstante, si prius actor excipiat q̄ nō tenetur respondere parti alteri nisi coram eo iudice coram quo ip̄e conueuerat eum primo.

**I**TEM vsus et cōsuetudo est Tolosæ, q̄ quilibet consul Tolosæ potest agere & conueniri c corā Cōsulibus alijs Tolosæ & sententiæ late pro dicto consule vel contra ipsum adictis cōsulibus, vel a duabus partibus consulum valent & obtinēt roboris firmitatē eo q̄ ip̄e est consul in aliquo nō obstante.

entur capitularij sunt pares in iurisdictione & certum est de iure, q̄ par in parem non habet imperium. ff. de arbit. l. nam magistratus, & l. ille aquo. §. tempestiuum vbi tex. prætozem in prætozem consulem in consulem, nullū imperium habere tamen hæc consuetudo est obseruata, quoniam si vnus ex capitularijs Tolosæ delinquat in suo officio pugnatur per alios capitularios & ita vidi pluries fieri & obseruari, adeo q̄ dimisso caputio in loco in quo sedere solet transbarram ac si esset priuata persona se debet defendere contra Syndicum, vel procuratorem regium, Tamen tales materie cōsueuerūt tractari ianuis clausis in materia ciuili non est dubium q̄ capitularij possūt cōueniri in curia ordinaria eorundem capitulariorum ad quærelam priuati, & tanq̄ personæ priuatae.

### Rubrica de libelli oblatiōe.

**n** Ouerint, &c. q̄ vsus & consuetudo est Tolosæ, q̄ in curia consulum Tolosæ non datur a seu offerri libellus parti ree super aliqua petitione, nisi de partium processerit voluntate.

### Rubrica, De interrogatorijs ante litem faciendis.

**n** Ouerint, &c. q̄ vsus seu consuetudo est Tolosæ q̄ creditor ad instanciā debitoris preposita quærela de aliquo debito si bi persoluendo, tenetur dicere b si petit illud debitū cum carta vel sine carta. Et si dicat cum carta tenetur creditor ostēdere cartam ipsius debiti in iudicio anteq̄ debitor respōdeat, & si non ostenderit non tenetur respondere dictæ pe-

**a** Dispositio iuris communis est in contrarium. C. de lit. contesta. auct. offeratur, vbi dicitur q̄ debet dari libellus & tex. dat ibi rationem dicit tamen glo. in. d. auct. q̄ fallit in casib⁹ de qb⁹ i auct. nisi breuiiores. C. de sentē. ex pericu. recitan. de hac materia meremito ad nota. in cle. sæpe. de verb. sign. & facit ista consuetudo q̄ traditi oni libelli possit renunciari q̄ partes idē glos. in. d. cle. sæpe in verb. lit. cōtes. tñ Ang. are. in it. de acti. §. tripli tenet cōtrariū dicēs q̄ etiā de consensu prium oblatiōi libelli non possit renunciari, & idem videt dicere Pañ. in. c. j. de lit. cōtes. in anti. vbi notabiliter, & optime ponit casus in qb⁹ nō dat libellus quos hic describere esset superflū q̄ sufficit remissio. Expediit tñ vtriq̄ parti, vt libellus in scriptis tradat ppter cōmoditates quas ponunt glo. in verb. pñū

**b** Dispositio iuris communis est in contrarium. ff. de interrogat. actio.

De interrogatorijs añ litem faciendis.

vj. §. interrogatorijs autē acti-  
onib<sup>9</sup> dat ibi tex. rationē quia  
nemo cogitur ante iudicium  
de suo iure aliquid. Responde  
re, hic non intendo ad longū  
materiam describere sed solū  
remissiue, vnde quæ sint inter-  
rogationes, quæ possunt fieri  
ante litem contestatā videant<sup>r</sup>  
notata per glo. & ibi Pan. in.  
c. cum causam, de iura. calum.  
in antiq. Et quæ sit differentia  
inter interrogatōnem & po-  
sitionem videant<sup>r</sup> notata per  
glo. in. c. j. de confes. lib. vj. &  
per Panor. in præal. c. cū cau-  
sam, & c. fi. eo. titu.

a Simile infra de fid. instr.  
consuetudine secunda tamen  
de iure communi est contrari-  
um quia instrumentum debiti  
non facit fidem, Nisi causa ap-  
ponatur, tex. in. l. cum de inde-  
bito. §. fi. ff. de pbat. & ibi glo.  
& Bart. & add. ad Bar. vbi po-  
nuntur quedā limitatiōes seu  
casus fallentiales, & appellatio  
ne cautionis veniunt non solū  
scriptura publica sed etiā scrip-  
tura priuata, vt in gl. in verb.  
sed hoc in præal. l. cū de indebi-  
to imo quod plus est appellati-  
one cautionis venit stipulatio  
seu promissio facta cum solē-  
nitate verborum per text. in. l.  
fancimus in fi. C. de verb. sign. vt optime habet<sup>r</sup> Pan. in. c. si cautio. de fid. in.

b **I**str. cui<sup>9</sup> dicta esset hic longum recitare, sed sufficiat remissio.  
Ista consuetudo non obseruatur de vsu & stilo curiarū Tolosæ, sed po-

titioni donec inde ostenderit car-  
tam. Tamen si creditor dicat q<sup>d</sup> de  
biti instrumentum amisit, & q<sup>d</sup> de  
bitum adhuc sibi debet, tūc debi-  
tor tenet<sup>r</sup> rñdere & pcedere in cā.

TEM vsus & cōsuetudo est

I Tolosæ, q<sup>d</sup> si aliquis creditor  
petat in iudicio aliquod debi-  
tum ab aliquo debitore cū instru-  
mento creditor non tenebitur cau-  
sam debiti declarare. Nisi de hoc  
fuerit prius requisit<sup>9</sup> a parte debi-  
toris, & si inde fuerit requisitus, te-  
netur creditor q<sup>d</sup> petit causam de-  
biti declarare, tamen quamuis in  
instrumento debiti ponatur, vel  
non ponatur causa debiti ex qua  
debeatur creditori, illud debitum  
q<sup>d</sup> ille creditor non tenetur proba-  
re ex qua causa a debitum illud  
sibi debeatur, sed statur responsio  
ni ipsius creditoris facte in iudicio  
& sub virtute præstiti iuramenti  
dum tamē dicta causa sit licita vel  
honestā, & statur nihilominus di-  
cti debiti publico instrumento.

Rubr. de noiatione guirētis.

Ouerit, b & c. q<sup>d</sup> vi<sup>9</sup> & cōsue-  
nudo est Tolosæ, q<sup>d</sup> cum ali-  
quis nominat guirētē ante

tius iuris communis dispositio de qua in l. emptor. ij. C. de euisio. cum ibi nota, imo semper ille qui vocat auctiorē suum in guirentem tenetur causam prosequi etiam in causa appellationis. Tamen si vocatus in guirentem teneatur causam assumere, condemnato emptore vel conuēto vēditore, vel auctor cōdemnatur eadem sententia ad emptorē, vel habentem causam ab eo releuandum indemnem tam de principali q̄ expēsis damnis & interesse, & si vocatus in guirētem non sit soluendo potest agi contra bonatenentes venditoris vel auctoris, p̄ notata in l. vbi. C. de iur. dotium. in glo. super verb. qui non potiora. & in auct. de fideiul. §. sed neq̄ coll. j. precipue. in glo. posita, super verb. hypothecarijs.

litis contestationē in causa vel conuēntia que mouetur cōtra eum in casu tamen in quo potest nominare a guirentem seu trahere de consuetudine Tolosæ, nominans vel trahens guirentem non debet compelli litigare in causa, vel conuēntia ratione cuius nominauerit, vel traxit guirētem dummodo litiget vel causam agat contra ipsū quem nominauit, vel traxit guirētem, & q̄ ei portet guirētiam litigando, & faciat posse suum cōtra ipsum guirentē fideliter ad cognitionem curiæ.

Rubrica, de Reconuentionibus.

**N**Ouerint, b & c. q̄ consuetudo est Tolosæ, q̄ si reconuentionio proponatur post litem contestatam aliqua de cōsuetudine Tolosæ nō debet admitti, nisi ille qui reconuentionem intendit de reconuentione fuerit protestatus, vel eādem reconuentionem incontinenti in ipsa litis cōtestatiōe pponat.

per glo. in præall. l. si. vbi ponuntur casus in quibus non habet locum recon

a Qualiter & quomodo & quo tempore debeat fieri talis nominatio, habetur per Bart. in l. ij. C. vbi in rē actio. excer. debeat, Et ibi etiam per Bald. lacius.

**I**STA consuetudo videtur procedere de iure cōmuni per auct. & consequēter. C. de senten. & interloq. om. iud. Tamen etiam post litem contest. pōt fieri reconuentionio dū modo causa reconuentionis sit de proximo liquidāda, p̄ text. in l. si. C. de compensa. & in c. dispendia. §. reus. de rescript. lib. vj. Et hoc nisi in casibus expressis per tex. cum ibi notatis.



## De Reconventionibus.

uentio seu non admittitur, & ibi Bald. qui late ponit plures quaestiones hæc materiam tangentes

a Iſtam cōſuetudinē nō reperio diſcrepantem a diſpoſitione iuris communis. Quo-  
niam instrumentum publicū, in forma publica nullo modo ſuſpectum in iudicio produ-  
ctū lapſo termino in eodem præſixio cauſat offeſam ma-  
niſeſtam, de qua habetur in. c. pia. §. ſi quis igitur cum ibi no. de excep. lib. vj. Tamen iſta cō-  
ſuetudo vix practicatur, ſed in oleuit ſtilus q̄ in curia ſpiritu-  
ali in vim clauſulæ appoſite cō-  
muniter in talibus instrumen-  
tis per quam obligat⁹ cōſtituit  
procuratores ad conſitendum  
debitum in instrumento cōtē-  
tum ſit in dorſo instru-  
menti ſecreta, & lapſo ter-  
mino laxantur grauamina &  
facta fide infra octo de mani-  
feſta offeſa, videlicet de instru-  
mento talis excommunicatus  
non abſoluit, niſi ſoluto debi-  
to vel facto depoſito. In curijs  
ſigillaribus habētibus rigores  
creditores impetrant literas  
clamoris importātes etiam ar-  
reſtationem perſonæ, & ſi exe-  
curatus, vel arreſtatus ſe oppo-  
nat conſtitio de instru-  
mento niſi in promptu fidem faciat de  
ſolutione non auditur niſi facto prius depoſito reali de ſumma in instru-  
mento contenta ſi pars hoc requirat. & idem in ſcriptura priuata continen-  
te debitum purum facta aueratione per debitorem quia non auditur oppo-

ITEM a vſus & cōſuetudo eſt  
I Tolofæ, q̄ cū aliquis in curia cō-  
ſulum ex obligatione propria vel  
ex iure ſibi ceſſo agit in iudicio cō-  
tra aliquem cum publico instru-  
mento petens ab ipſo aliquam pe-  
cunie ſummam ſeu quātitatem, &  
conſtat vel per confeſſionem vel  
per probationem illa instrumenta  
eſſe publica & vera ſine exceptio-  
ne idonea a reo propoſita aut pro-  
bata conſules præcipiunt reo vt il-  
lam pecuniā actori perſoluat ter-  
mino ab ipſis conſulibus conſtitu-  
to. Quo lapſo illam ſentētiā ſeu  
præceptum excequantur poſtmo-  
dum ijdem conſules, & diſtringūt  
Niſi eſſet à præcepto huius ratio-  
nabiliter appellatum, nonobſtan-  
te reconuentione ipſius rei propo-  
ſita vel proponenda ſine publicis  
instrumentis de re dubia & incer-  
ta præſtita tamen ab actore coram  
conſulibus fideiuſſoria cautione  
vſq̄ ad quātitatem quā petit. Idē  
actor de parendo iuri aduerſario  
ſuper reconuentione eius cog-  
nitione eorundem conſulum.

nens compensationem vel aliam exceptionem, nisi facto prius reali deposito, si creditor illud requirat, & ita practicitur ita q̄ data cautione creditor habet recedentiam depositi.

Rubrica, De Iuramento calumpniæ.

**N**Ouerint, &c. q̄ vsus & consuetudo Tolosæ, q̄ in curia Consulum Tolosæ partes iurant ante litis contestationem q̄ dicant veritatem & stent seu pareant cognitioni consulum, & aliud iuramentum calumpniæ non præstat, nisi primum vt dictum est vel difinitum.

ra iuramenti de calumpnia habentur per glos. in. l. ij. C. de iura. calumpn. in § q̄ obseruari, glo. in verb. existimat quæ ponit de vers. clericis. Et an istud iuramentū possit remitti tacite glo. super verb. remitti, in §. sed quia, in prealle. l. ij. tenet q̄ non tamen secundum oppi. Ioan. quam recitat glo. in princ. tacite potest remitti, & ita procedit de iure per tex. in. c. j. de iura. calump. li. vj. vbi dicitur q̄ istud iuramētē nō est de substantia ordinis iudiciarij, vt in. §. omisum. c. præ all. & tale iuramētum si requirat a parte potest præstari in quacunq̄ parte litis, vt. d. c. j. in princ. & tibi glo. notabilis per totū, titu. vbi hæc materia optime deciditur.

Rubr. De dilationibus.

**O**uerint, &c. q̄ vsus & consuetudo est Tolosæ, q̄ corā arbitris v̄ corā dño feudi vel coram Consulibus Tolosæ non dant nisi vna dies competens, ad pbandum, vel hoc maxime quando ad illam diem pars cui talis dies assignata est reddit testes ad pbādū.

**I**STA consuetudo est modice vtilitatis & non practicitur. Nam de iure communi iuramentum de calūpnia præstat post litis contestationē, vt. C. de iur. propter calump. l. ij. cum ibi nota per glo. in verb. narrationem, per iura ibidem adducta, per glo. & Bar. & videatur gl. in. l. prolatam. C. de senten. & interloq. om. iud. q̄ ponit ordinem in causis iudiciarijs vbi dicit q̄ primo debet lis contestari, & deinde iurari de calumpnia, Et quæ sint capi

**H**AEC consuetudo est contra ius cōmune quia dantur tres dilationes ad pducendum testes vt in auct. de test. §. quia vero coll. vij. imo etiam datur quarta iurata cum solēpnitate de qua habetur in. d. §. quia vero. Et in auct. at qui semel. C. de pbat. & de iure canonico idem, vt. c. vltra tertiam de test. vbi dicitur q̄ quarta di-

## De Dilationibus

latio debet concedi con solempnitate legali quæ solempnitas exprimitur in iuribus præallg. & qualiter intelligatur q̄ non datur, nisi vna dies dicitur infra consuetudine se quenti & cōuenit cum modernis ordinatiōib⁹ regijs q̄ detur vnica dilatio ad p̄bandum per testes.

ISTA consuetudo est rationabilis & vtrinam obseruetur licet videatur tex. in contrariū in eo q̄ dicitur q̄ testes recipiantur in absentia partis in auct. sed & si quis. C. de testi. & in corpore vnde sumitur. & in. c. in nomine domini. de testib. in antiq. & cum dicitur q̄ assignatur dies vnica ad p̄bandum seu testes producendum videtur contra dispositionem iuris per iura in præcedenti cōsuetudine allega. verumtamē hæc consuetudo nō artat peritem ad probandum seu testes producendum eadem die qua fuit contestatum, vel in crastinum. Sed debet intelligi cum dicitur q̄ datur vnica dies, q̄ facta litis contesta. assignatur actori ad octauam vel decimam diē aut alia per Consules vel assessorem actori ad testes producendum assignatā & idē ad illos produci videndum intra quam dilationem actor facit diligentias ad habendum testes ad adiornari faciendum ad diem præfixam & assignatam vtriq̄ parti, vnde si reus non compareat & actor suos testes habeat potest illos producere, & recipiuntur in vim assignationis vtriq̄ parti sic vt p̄missum est factæ

ISTA consuetudo est quo ad hoc. vt illi qui interrogatur in iudicio detur terminus seu dilatio ad veniendū de liberatus & declarandum an sit hæres vel non est conformis dispositioni iuris communis in.

ITEM est vsus & cōsuetudo Tolosæ, q̄ quando aliqua causa agitur in curia consulum assignat dies vnica ad probandum negata partibus, præsentibus, & testes eadem die nominati recipiuntur per curiam & cōpelluntur per Consules se necesse fuerit, & post modū a curia examinantur præstito iuramento eisdem consulibus in præsentia partium si interfuerint, vel in earum absentia si non affuerint absq̄ alia monitiōe per curiam facta, & huius receptio & examinatio valet in iudicio, ac si testes in partium præsentia iurauissent.

ITEM est vsus & consuetudo Tolosæ q̄ si aliquis ab aliq̄ conqueritur quem dicit esse heredem illius pro quo petit ab eodem. Et reus petat diem deliberationis à iudice sibi dari in qua cō

**L.** qui interrogatur. ff. de interrogat. actio. quia de facto testatoris interroga-  
tur & sic de facto alterius, ut dicit glo. in verbo in eodem modo, in l. præall. quia  
si de facto proprio tunc non datur dilatio, quia de facto suo debet esse certus  
per iura ibidem alleg. Et quod dilatio in casu istius consuetudinis debeat dari est  
text. in auct. de exhi. & introdu. rei. §. illud quoque, vers. sancimus. Tamen de  
iure non poterit conueniri donec. confecerit inuentarium. l. scimus. §. donec.

fulte rñdeat vtrū voluerit esse hæ-  
res illius pro quo petit ab eo vel non  
quod debet sibi assignari octo dierum  
terminus vel amplius secundum  
tamē bonam cognitionem, seu ar-  
bitrium iudicis, si aliqua causa emi-  
nens apparuerit pro qua dicta di-  
es sibi debeat prorogari.

de modo proponendi hanc exceptionem temporis ad conficiendum in-  
uentarium, vide per Ang. aret. in si. de excep. §. præterea colum. xxviii. ibi vi-  
dendum restat. & c. ubi plura notabilia de huiusmodi materia, & eo, §. colū.  
xxx. prope. si. ibi Est autem aduertendum de hoc scripsi aliqua infra post hu-  
iusmodi consuetudines super Arresto sane. §. nos igitur.

### Rubrica, De restitutione spoliatorum.

**N**ouerint, & c. quod usus & consue-  
tudo est Tolosæ quod quando ali-  
quis petierit ab aliquo aliquam hæ-  
reditatem in parte vel in toto, & res-  
excusauerit se non teneri responde-  
re, ea videlicet ratione quia cum  
actor expoliauerit eum ab aliqua  
re eiusdem hereditatis, vel de ali-  
qua alia re quæ non est illius hære-  
ditatis, & per eam spoliationem re-  
posuerit per modum exceptionis  
de consuetudine Tolosæ respondeat

**I**STA consuetudo videtur con-  
cordare cum dispositione iu-  
ris communis. c. in literis. de  
restitut. spoliato. in antiq. ubi  
agenti possessorio non potest  
opponi exceptio defectus pro-  
prietatis seu dominij ideo di-  
cit ibi text. ibi text. quod etiam pre-  
do venit restituendus, etiam in  
beneficialibus spoliato. benefi-  
cio suo agenti interdicto. Vnde.  
vi non potest contra eum ex-  
cipi; non est canonice institu-  
tus, facit. ff. de vi. & vi arma. l.  
j. §. qui ame. videantur not. pro  
glo. & Panor. in. d. c. in literis.

## De Confessis.

**a** Et sic contra dispositionem iuris communis in. c. final. de ordi. cogn. vbi dicitur q̄ agens possessorio recuperande non tenetur ante restitutionē suis spoliatorib⁹ nisi super questione spoliationis. respondere. Potest tñ ab agendo repelli, per exceptionē spoliationis, sed per istam cōsuetudinem statim negatio facta spoliationis, reus tenetur respondere petitioni super petitione h̄reditatis, vel alterius rei. Et sic eodem tempore concurrunt in probatione, & sic lites abbreviantur, quia actor non tenetur expectare q̄ excipiens de spoliatione actore illam negante prius probet spoliationem ente q̄ actor probet suam intentionem.

actor si expoliavit reum vt positū est per modū exceptionis, & si cōcedit, restituat, & respōdeat postea reus, & si neget probet reus si vult vel potest & non obstante probatione vel causa dictæ exceptionis reus statim respondeat petitioni h̄reditatis a postq̄ actor negauerit dicta spoliationē propositam per modum exceptionis, vt dictum est.

## Rubrica de confessis.

**Q**uoniam ista materia de Confessis est ampla, & habet plures qualitates & diuersas materias, vt de Confessione facta in iudicio. Et de Confessione facta extra iudicium, aut parte præsente, aut parte absente, in causa Ciuili, vel in causa Criminali, quando valeat & præiudicet vel non. Hęc materia duraret plusq̄ omnes præsentes Cōsuetudines seu textus illarum ideo mihi intrare illam materiam esset temerarium ad longum deducere, aut decidere. Sed satis videtur mihi sufficere, q̄ Constitutiones seu Consuetudines, in hoc titulo descripte habent locum solum & dum taxat in confessione extra iudiciali, causata parte præsente vel alio habente a parte speciale mandatum ad acceptandum talem Confessionem, & in causis ciuilibus, & non in criminalibus vt ex textu ipsarum consuetudinum clarissime resultat. Ne tamen pede sicco per transeam remissive non decisive, quid sit de iure quo ad huiusmodi Confessiones, remanente huiusmodi consuetudine. De Confessione facta in iudicio, an possit reuocari sine interuallo, si non fuerit acceptata remitto me ad. c. sicut, in prin. de elect. cum ibi notatis. Et optime per Pañ. in. c. præterea de testib. cogn. super notabilibus. Et de Cōfessione extra iudicium habet, in. l. tale pactum. ff. de pact. & l. cum de indebito. §. si. ff. de probat. vbi scriben. tractā. hanc

materiam. Et de Confessione facta in iudicio per errorem vtrum & quādo  
 possit reuocari habetur late per Angel. instit. de actio. §. si minus, super glo.  
 in verb. corrigere, & aliquas differentias inter Confessionem factam in iu-  
 dicio & confessionem factam extra iudicium. Idem Ange. instit. de exceptio.  
 §. j. xxxvij. colum. ibi quid e contra. Et per eundem Ange. de confessione ex-  
 tra iudiciali, instit. de littera. obliga. super casus positione ibi ad intellectum  
 Et an confessio requirat causam annexam, Idem Angel. ti. præalle. sup. glos.  
 in verb. debere, ibi in eadem & c. Et de confessione facta, cum causa vel sine  
 causa, in iudicio vel extra parte præsentē, vel absente quando præiudicet  
 habetur optime per Panor. in. c. si cautio de fide instrum. & in additione ad  
 Bart. in. l. publicia meua. §. si. ff. deposit. Et per Panor. in. c. si. de success. ab in-  
 testa. tam super notabilibus q̄ per discursum illius, de hac confessione extra  
 iudiciali parte præsentē sine causa vel parte absente plene habetur per Iaso-  
 nem, in. l. admonendi, in repetitione illius. l. numero. cxxix. ibi circa secū dū  
 Quæ faciunt pro opinione Barto. in. l. generaliter. C. de non nu. peccu. vbi  
 Bald. tenet contra opinionem Bart. & sunt ibi contrarij, & ad dicta Baldi  
 respondet idem Bar. in. l. non solum. ij. ff. de liberatio. lega. §. si liberationis  
 Et de confessione quæ fit per procuratorem, vel aduocatum in iudicio par-  
 te absente. Panor. in præall. c. si cautio, de fid. instru. & optime per glo. in. c.  
 ij. de in integr. resti lib. vj. vbi dicitur q̄ non valet. Et de confessione facta  
 coram iudice in competenti an præiudicet habet per Ang. instit. de suspect.  
 tuto. §. sed si quis præsens. Et de confessione facta ad vnum si. an præiudicet  
 ad alium finem. vide no. in. c. ex penitentibus. l. di. & ij. q. j. c. nos in quemq̄.  
 An noceat confessio cum quis confitetur se emphitheotam, vel subditum,  
 aut cololum alterius & similia vide per do. Guiller. bene. in repet. c. raynū  
 cius, super verb. & vxō. no. adele. fo. clij. & ibi late. Et de illo quod vulgari-  
 ter dicitur per text. in. l. vnica. C. de cōfes. q̄ in confessum nulle sunt partes iu-  
 dicis, intelligit nisi in condēnando quia necessariū est vt sequatur sententia  
 vel præceptum quia ex sola cōfessione non potest fieri executio, & ideo quo  
 ad confessionem vel aliam probationem nulle sunt partes iudicis tamen  
 necessaria est vt præmissum est sententia vel præceptum vt optime habetur  
 per glo. in verb. qui interrogatus. ff. de interro. acti. l. de ætate. §. qui inter-  
 rogatus Et quando agitur de titulo beneficij sola confessio aduersarij non  
 prodest agenti vide optime per Domi. de sanc. gemi. in. c. duobus. v. colū.  
 de rescrip. lib. vj. Et an confessio admittatur contra præsumptionem iuris  
 & de iure licet contra eādem non admittatur probatio per testes vide not.  
 in auct. de æquali. dot. §. aliud coll. vij. per Bald. C. de probat. super Rubri-  
 ca, & l. di. c. ferrum. glo. si. in fi. & liij. di. c. frateruitatis. Et confessio facta

in iudicio remanet etiam si processus reperiat nullus tex. in cle. constituti-  
 onē in fi, de elect. Et an facta in vno iudicio preiudicet in alio, vide per Pa-  
 nor. in. c. dilectus de capell. mo. Confessio geminata habet magnum effectū  
 tex in. l. vnica. C. de plus peti. in fi. Et de illo qui in articulo mortis confite-  
 tur recepisse ab aliquo certā q̄ritatē pecuniæ ad causam mutui an per hære-  
 dem possit opponi exceptio non numerate pecuniæ, Bald. in vñb, feud. tit.  
 de pace constan. §. vassalli nri. in fi. Et de Notario qui in articulo mortis fa-  
 retur fecisse falsum Instrumentū, & de teste q̄ cōfitei falsum deposuisse vide p̄  
 Bart. in. l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad velleya. Bald. in. l. gñaliter,  
 in vlt. notabili. C. de non nu. pecu. Videant aliqua per Guid o. p̄p. in suis deci-  
 sionibus questi. c. lxxvj. & per Ioan. andr. in addit. ad speculum in tit. de te-  
 ste. §. j. vers. sed pone q̄ egi & c. super verb. fundus. & ij. decisio. capelle Archi-  
 episcopalis Tolosæ questio. cccl. ccclij. & ccclxxvj in consilio Basilien. ritu.  
 de concubinarijs. §. eadem, vers. publici autem iu verb. confessioem & sup  
 verb. in iure vbi habetur tam de Confessione extra iudiciali q̄ iudiciali &  
 tam in causis civilibus q̄ criminalibus, Tamen communiter Confessio sola  
 facta in causa criminali non est sufficiens ad condēnandū aliquem ad mor-  
 tem vel p̄nam corporalem, l. j. §. si quis vltro. ff. de questio. vbi tex. notabi-  
 lis cum glo. in verb. non potest, Bart. & Bald. in præalle. l. vnica C. de con-  
 fes. Optimus tex. cum ibi not. in. c. nos in quemq̄. ij. q. j. & ibi glo. & per to-  
 tam illam distinctionem, vbi hæc materia clarissime tractatur, an sola con-  
 fessio in causis criminalibus valeat ad condēnandum, Et veritas est q̄ nō  
 per iura p̄all. ratio est q̄a perire volens nō est audiendus, l. nō tantū. ff. de ap-  
 pel. & nemo est dñs mēbrorū suorū. l. liber hō. ff. ad. l. acquil. Et p̄pterea fuit  
 latū arrestū in parlamento Tolosæ die. xxij. mensis Marcij, Anno ab incar-  
 natione domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, contra  
 quendam iudicem in dictæ arresto nominatum qui quendam priso nerium  
 ad p̄nam sustigationis ex sola confessione cōdemnauerat per quod illius  
 processus & sentētia fuerūt annullatæ & dictus iudex fuit condēnatus in sum-  
 ma quinquaginta librarū turo. erga regem, facit tex. in. l. c̄ bseruare iuncta  
 glo. in verb. propria. C. quæ appella. non reci. Necessē igitur est q̄ fuerit con-  
 uictus, & confessus de illo igitur qui confitetur crimē quia inspicitur an spō-  
 te an metu probationum confitetur. c. si quis. xxiiij. di. cum ibi nota. tex cum  
 glo. l. di. c. presbiterum. De confessione facta in tortura an & quādo possit  
 reuocari, vide per Bald. in. l. fi. C. de probatio. Possit tamen multum opera-  
 ri geminata confessio cum alijs adminiculis quoniam habet magnos effe-  
 ctus geminata confessio, vt supra dictum fuit.

a Regulariter nisi fiat in iudicio non tenet. C. de confes. l. vnica. cum ibi notatis.

b Bene dicitur presentibus secus si absente altero cui fit confessio ff. de conf. l. certum confessus. §. Si quis absente ideo necesse est q. ille cui fit confessio sit præsens vel procurator, pro eo. vel tutor, pro pupillo vel curator.

### Sequuntur Consuetudines Tit. de Confessis.

**N**ouerint vniuersi, &c. q. vsus & consuetudo est Tolosæ q. si aliquis confitetur vel concedit extra iudicium a ex causa honesta alicui se recepisse ab eo vel ab aliquo alio nomine ipsius cui confessio fit aliquam pecuniæ quantitatē vel aliquod aliud debitum, q. talis confessio, & concessio præiudicat cōfidenti & prodest illi cui fit confessio vel concessio b Præsentibus dictis personis, videlicet confitente & illius cui fit cōfessio.

TEM vsus & cōsuetudo est

**I** Tolosæ, q. si aliquis confiteatur extra iudicium alij se debere ex aliqua causa honesta c a aliquam pecunię quantitatem, q. talis confessio præiudicat d confitenti, & prodest illi cui fit cōfessio præsente vtroq. illo cui fit confessio & confitente.

de interrogato actio.

d Vt supra dictum est, in prima consuetudine.

pro adulto, vt ibi dicit tex. valet tñ cōfessio facta in libello etiā si parte absente tradatur vt dicit ibi Barr. maxime sit acceptetur verbo vel aliam scripturā in eodē iudicio vel causa productam.

c Quia sine causa non valet, vt. ff. de interrog. actio. l. j. §. si. vbi glo. not. q. confessio facta ad obligandum extra iudiciū causa non expressa nō valet. Ad liberandum valet vt in auct. de test. §. & licet colla. vij. cū ibi nota. in iudicio autē facta etiā sine causę expōsitione valet vt si cōfiteatur tibi debere decē libras turoneñ. licet non dicam ex qua causa pōt sequi preceptum vel condemnatio, vt. d. l. j. §. si. ff. de interrog. act. facit. l. sicut. C. de repu. vel absti. hæred. & ibi Bald. vide glo. in. d. l. j. §. si. de interroga. acti. & ibi Bald. Sunt tamē casus in quibus absente parte actus alterius partis sibi præiudicat quia actus dependet ex voluntate vnus, vt est additio hæreditis vel rati habitio vt dicit Barthol. in præallega. §. fina. l. j. ff.



## De Testibus.

**a** Ista clausula addit ad cōsuetudines prædictas in quib⁹ non fuerat aliquid dictum de promissōe & minus de re mobili reddenda, Secus autem de re immobili argumento a cōtrario sensu quod est fortissimum in iure. ff. de eo. cui manda. est iurisdic. l. j. vers. huius rei re fiduum quod potest cadere in huiusmodi consuetudine colligi potest per superius dicta in prima & secunda cōsuetudinibus.

**b** Concordat cum dispositione iuris communis iura sūt deducta in. l. vnica. C. de confess. per glos. text. cum ibi not. ff. de appella. l. non tantum.

**c** Ergo cum publico instrumento valet quia notarius rāquam persona publica potest p̄ absente stipulari, de hoc dic vt habetur per Ang. aret. inst. de iure persona. §. serui autem vbi optime per eum.

**d** Dic vt supra in prima consuetudine fuit dictum.

**C**ONTRA istam consuetudinem videtur rex. in. l. parentes. C. de testib. Tamen quoad ætatem filij vel filia & aliorum inferiorum admittuntur mater vel soror per text. in. l. etiam matris professio. ff. de proba. Quod qualiter intelli-

**I**TEM est vsus & consuetudo Tolosæ q̄ si aliquis confitetur se debere seu promittit a alicui per soluere seu reddere presenti personæ vel alteri pro eo recipiēti si absens fuerit ex aliqua causa honesta aliquam pecunia quantitatem vel rem aliam mobilem, & hoc extra iudicium, si probentur tales confessiones, vel promissiones licet si ant extra iudicium valent & obtinent roboris firmitatem

**I**TEM vsus seu consuetudo est Tolosæ, q̄ confessio facta extra iudicium, ex facto iniuriarum, vel etiam criminum **b** nō valet nec nocet consitenti de Consuetudine Tolosæ.

**T**EM vsus seu consuetudo **I** est Tolosæ q̄ confessio facta extra iudicium, & sine publico instrumento **c** videlicet ex debitis & reb⁹ pecuniarijs altera parte absente non valet. **d**

### Rubrica, De Testibus.

**I.**

**N**Ouerint, &c. q̄ consuetudo est, Tolosæ seu vsus q̄ quando dubitatur super ætate alicuius pueri vtrum sit ætatis quatuordecim annorū, vel puella duodecim vel pluris vel minoris coram Con-

gatur vide Bald. super. d. l. etiam Quoniam si negocium tangat vtilitatem filij testimonium matris non sufficit alias autem est validum vt ibi per Bal. qui allegat decisio. Innocen. Et est text. in. c. super eo de testib. in antiq.

fulib<sup>9</sup> Tolosæ q<sup>3</sup> testimonium patris vel matris vel sororis aliorum parentum valet & obtinet roboris firmitatem.

## II.

**I**TEM vsus et cōsuetudo est Tolosæ q<sup>3</sup> testimonium non admittitur contra publica instrumenta nisi fuerint illi idem vel de illis a qui sunt in instrumēto b contenti contra quod etiam producuntur vel alij c omni exceptione maiores.

## III.

**I**TEM d vsus & cōsuetudo est Tolosæ q<sup>3</sup> ad probandum debiti seu depositi quantitatē seu probandam confessionē alicuius factam super debito vel commenda testimonium mulierū non valet, nec admittitur, nec est per testimonium earum aliquis in talibus condemnandus.

§. item verborū. insti. de inuti. stipula. vbi optime dicit.

d. Ita consuetudo est contra dispositionem iuris communis quoniā mulier admittitur ad ferendum testimonium præterq̄ in testamēto in quo prohibetur esse testis. ff. de testa. l. qui testamento. §. mulier. Et in causis criminalibus secundum ius canonicum. c. forus. de verb. & re. signi. in antiq. vbi bona glo. de iur. tamen civili admittuntur etiā in causa criminali vt dicit glo. in preall. c. forus. facit ad hoc q<sup>3</sup> edictum de testibus est prohibitorium, quia

a Quoniam per testes numerarios & in instrumēto descriptos, etiam per duos pbat instrumentum falsum text. & ibi gl. not. in. c. tertio loco, de probat. tex. & ibi glo. insti. de in utili. stipula. §. item verbo obligatio. tex. cum gl. in auct. de fid. instr. §. si vero tale aliquid coll. vj. in quibus locis habet quod testes vincant instrumentum vide tex. glo. Panor. in. c. cum Ioānes hāremita de fid. instr. Sūt tñ aliq casus in q<sup>3</sup> non fit probatio, per testes cōtra instrumentū positi per glo. in d. c. tertio loco, in fi. glo. fi.

b Videbat contra quia p bationes non sunt angustāde, dicit tex. in. l. quoniā multi. C. de hāreti.

c Non descripti in instrumēto, Tamen necesse habet dicere q<sup>3</sup> erant præsentēs loco & tempore quibus contractus fuit celebratus alias non valerēt eorum. d. c. in præsentia de proba. Vide per Ange. in p̄all.

## De Testibus.

omnes admittuntur nisi reperiantur prohibiti. l. j. ff. de testib. facit. c. tam literis, de probatio. glo. in. l. fi. glo. fi. C. de codicil. & ita obseruat cōmunis vsus curiarum vt etiam in causis criminalibus mulieres recipiantur ad ferendum testimonium, Notarij tamen in recipiendo instrumenta contractuum non recipiunt mulieres, vt est notoriū.

a De iure communi est cōtra, quia cōpelli possunt testes ad peribendum testimonium pluribus remedijs, vt. l. si quando, C. de testib. cū concordan. addictis. per glof. etiam ad reprobandum testes. productos l. si quis testibus eo. titu. tamen hæc consuetudo, potest saluari per ordinationes regias bonæ memorię Ludouici Regis Frācię duodecimi per quas est prohibitum producere testes reprobatorios reprobatoriorū.

b Nō est de obseruatis, qm̄ p ordinationes regias bonæ memorię Ludō. Regis. xij. illi<sup>o</sup> nominis fuit phibitū dare obiect<sup>o</sup> contra testes, seu personas testiū post publicationē inque starū, & ista obseruat i tolosa.

c Id est assignata & fiebat assignatio ad tradēdū obiect<sup>o</sup> & illos pbādū vt elicit ex text.

d In hoc discrepabat a dispositione iuris cōis qm̄ antedictas ordinationes Regias sup obiectibus erat duplex litis cōtestatio vna sup obiectibus generalibus alia super obiectib<sup>o</sup> specificis traditis, & in productione testiū pars debet vocari, sed hæc consuetudo est in contrarium.

e Assignata seu data.

### III.

TEM vs<sup>o</sup> et cōsuetudo ē Tolosē q si crimina fuerint obiecta testibus ad repellendum eos testes nominati ad peribendum testimoniū super criminibus probandis contra testes compelli non debent. a

### V.

ITEM est vsus siue consuetudo Tolosē q attestacionibus seu dictis testiū publicatis b die data c (requirēte parte) ad obiectū dum in personas testiū predictorum, si aliqua contra personas testiū sint obiecta ad obiectiones contra personas testiū propositas non respōdetur a parte contra quam obiectiones d huiusmodi proponuntur. Nec ipsa pars ad respondendum huiusmodi exceptionibus est aliqua tenus compellēda. Si vero testes vel aliæ legitime probationes eadem die e producantur super illis quæ in personas testiū obiecta sunt dictæ probationes debent recipi per curiam &

admitti parte aduersa presente vel non a presente Nec ad hoc citantur nec compelluntur. Et q̄ dictæ probationes valeant ac si responsum fuisset a parte aduersa illis q̄ obiecta fuerant cōtra testes. Si vero dicta die pars obiciens non probauerit obiectiones supradictas, ad probandum eas admitti b nō debet vterius de vsu & consuetudine Tolosana.

## VI.

**I**TEM c vsus & cōsuetudo est Tolosæ, q̄ testimonio mulierū statur tantum & creditur super causis criminalibus & iniuriarū & super matrimonio & etate cognoscēda alicuius infantis vel adulti & super deffloratione d mulierum.

## VII

**I**TEM est vsus & cōsuetudo Tolosæ q̄ testimonium duarum mulierū valet & admittitur in causa iniuriarum, & per probationem duarum mulierū in causa iniuriarum cū casus eueniebat fuit reus actori condemnatus per sententiam. Tamen in minori summa q̄ si probasset actor intētionē suam per testimonium f virorū vel si testimonium mulierum duarum, virorum testimonium adiualet.

a Hoc erat contra dispositionem iuris communis in. l. iudices. C. de fid. instru. & c. in noīe dñi de testib.

b Quia non dabatur nisi vnica dilatio ad probandum obiectus sicut fit hodie per ordinationes regias modernas.

c **I**STA consuetudo ponit casus in quibus statur testimonio mulierū de hoc fuit dictū supra isto titulo in tertia consuetudine adde tex. in. l. ex eo. ff. de testib. qui dicit q̄ mulieres excepto testamento admittuntur in testes, & est glo. in verb. nō fœmina. in. c. forus. de verbo signi. in antiq. Tamen non potest accusare vt dicit glo. supra rubr. C. qui accu. non poss. Nisi in casibus specialibus qui habentur in. l. de crimine cum ibi not. C. qui accu. non poss. Et casus in quib⁹ conditio mulierum est deterior, vel melior q̄ masculorum, vide per glos. in. l. in multis. ff. de statu ho. q̄ faciunt optime ad huiusmodi propositum.

d Statur in talibus testimonio mulierum & in alijs casibus de quibus in. l. j. ff. de vent. inspici.

e De viribus huiusmodi cōsuetudinis fuit dictū supra in cōsuetudine præcedenti ideo non repeto.

f Sed postq̄ statur depositio

## De Testibus.

ni mulierū quare minus debet condemnari q̄ per testimonium virorum potest esse ratio quia semper debitatur de testimonio mulierum quia varium & mutabile producit femina. c. forus, de verb. signi. vide infra isto tit. Item vsus, & dicit glos. in. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. q̄ mulier est fragilis & corruptibilis ideo non potest esse testis in testamento. Et alia glo. in. l. ij. ff. de testi. §. eiusdem quoq̄ in verb. numerus dicit id est licet non fiat multum boni quia quod deficit in fide supplet numerus, &c.

a ISTA cōsuetudo est formaliter cōtra iuris dispositionem prima facit per text. in. l. respiciendū §. furta cū ibi nota. ff. de pen. insti. de testa. §. in testib<sup>9</sup>. optim<sup>9</sup> tex. in. l. penul. ff. de testib<sup>9</sup> vbi dicitur q̄ tales testes nō debēt interrogari quos actor de domo pducit, tex. in. lidonei, e. ti. Et accipit dom<sup>9</sup> etiā p domo cōducta cū dicitur hic, in qua inhabitat ad qd̄ tex. in. l. lex cornelia. §. domū. ff. de iniur. Et qd̄ veniat appellatiōe dom<sup>9</sup> habet p Bart. in. l. cetera. §. sed hoc senatus. ff. de lega. j. laci<sup>9</sup> per Bald. in vsibus feud. titu. de duob. fra. §. si duo fratres. Tñ ratio huius consuetudinis assignari potest ex tex. l. consensu. §. si autem. C. de re pud. qui tex. dicit quoniam non facile q̄ domi geruntur. Per alios poterunt confiteri, Optime habetur per text. cum ibi not. in glo. in verb. canonicos in. c. veniens. ij. de test. Et in. c.

tertio loco. de pba. & etiā est speciale in feudis v̄ testes de domo dñi directi possint esse testes tex. & glo. & Bald. in vsib. feud. ti. si de inuesti. &c. c. si quis.

b Quod dicitur hic de testamentis concordat cū dispositione iuris communis. ff. de testa. l. qui testamēto. §. mulier, per rationē quā ibi glo. adducit.

## VIII.

**a** ISTA consuetudo est de directo contra iuris communis dispositionem, in si. de contra hen. empt. & vend. §. pretium cum concordant. ibi per gloss. adductis, quia in emptione oportet quod interueniat pretium & quod tale pretium sit certum, & esse difficile dare rationem ad sustinendum huiusmodi consuetudinem quae caret ratione. Nisi dicatur quod quando ageretur de viribus huiusmodi consuetudinis iudex super pretio haberet expertos ad statuendum pretium, & sic quod venditio valet, & videtur quod haec consuetudo locum habeat quod venditio fuit facta cum instrumento alias non argu. sumpto a contrario sensu, per text. in. l. j. §. huius rei ff. de eo. cui manda. est iurisd. Quae consideratio iuuatur per text. in. l. sciendum. ff. de verb. obliga. quod dicitur quod in talibus omnia praesumuntur acta solemniter. Per quae text. potest assignari ratio ad istam consuetudinem ut dicamus per exemplum. quod titius, habet unum equum, vel unum

vineam quae fuerant dudum sempronij sempronius vult vendicare equum

## De emptione & venditione.

vel vineā & vult probare q̄ equus vel vinea sibi pertinent Ticius dicit fateor q̄ fuerunt tui sed mihi vendidisti, producit instrumentum continens, q̄ anno tali, & die & c. Sempronius vendidit & tradidit Ticio talē equum vel talem vineā. Et fuit inter eosdem facta venditio & emptio licet tale instrumentū non dicat quo precio sufficit per huiusmodi consuetudinem, quia omnia presumuntur acta solemniter & presumitur q̄ interuenit precium.

a De hoc dic, vt in præcedenti consuetudine dictū fuit

b ISTA consuetudo debet intelligi de testatore qui instituit pupillum, vel pupillā hæredes quē vel quā nō habebat in potestate tūc em̄ datio tutoris non valet insti. de tutel. g. permissum. cū concord. Tū qm̄ aliquis non habēs minorē quem hæredē instituit in potestate & dat eidē tutorē si videat vtilis datio talis tutor debet cōfirmari iuxta tit. de confir. tuto. C. l. j. & per tot. tit. & de testa. tutel. l. mater. & ideo si videatur datio vtilis tales tutores cōfirmantur alias non. Et sic est huiusmodi consuetudo conformis dispositioni iuris cōmunis, sed in spondarijs quos dedit testator ad respondendum pro debitis hæreditarijs. Si assumant officium iudex non posset illos priuare officio quia vix reperirentur alij qui vellent tale officium.

c Qui dicant spondarij & qualiter diuersimode accipiantur habetur supra de testib. consue. xij. & alijs locis ibi alleg. d Bene dicit de necessitate, alias Secus si sine necessitate, vt

Et hoc de vsu & cōsuetudine Tolosæ. a

### VIII.

ITē b vsus & cōsuetudo est Tolosæ, q̄ si aliquis condiderit testamentū vel instituerit hæredem masculinum minorem quatuordecim annorum, vel instituerit hæredem fœminam minorem duodecim annis, Et ipsum hæredem aut hæredes cum suis bonis dimiserit in potestate seu tutela alicuius, vel spondarios c cōstituerit cui vel q̄bus ipse testator non dederit vel concesserit potestatem vendendi de bonis dicti minoris quæ fuerint eiusdem testatoris. Et de necessitate d oporteat vendere de bonis q̄ fuerint dicti testatoris post mortem eiusdem testatoris ad solvendum debita sua vel dotem vxoris suæ, vel ea quæ in dicto disposuerit testamento aut ad alendos ipsos hæredes, q̄ Consules Tolosæ dant ipsis minoribus & eorū bo-

nis tutores, videlicet prædictos, quos dictus testator constituerat in testamento prædicto, vel alios, prout ipsis consulibus videbitur expedire cum potestate vendendi de bonis dictorum minorum, vel de bonis, quæ fuerunt dicti testatoris si necesse a fuerit, & quæ venditiones quas ipsi tutores, sic dati faciunt de honoribus dictorum minorum factis primitus tribus tubicinibus & confirmatis ipsis venditionibus per Consules Tolosæ, quæ deinde dictæ venditiones valent & obtinent roboris firmitatē de usu & consuetudine Tolosæ, & ab aliquo substituto dicto pupillo, vel pupillis, dicta venditio non potest reuocari dum tamen possessio vendita fuerit distracta ratione obligationis dicti defuncti.

## IX.

**I**TEM b vsus seu consuetudo est Tolosæ, quæ quando consules Tolosæ dant Tutorē alicui pupillo, & bonis suis, vel etiam bonis alicui defuncti cum potestate vendendi de bonis dicti pupilli & honoribus, vel etiam de honoribus quæ fuerunt dicti defuncti factis tribus tubicinibus & confirmata dicta venditio per consules Tolosæ, quæ dicta venditio obtinet roboris fir-

sequitur.

a Notanda sunt verba, si necesse fuerit & verba, & confirmatis ipsis venditionibus, & ex quibus inferitur quæ debet interuenire auctoritas Tutorum & necessitas vendendi, & auctoritas iudicis, unde non sufficeret alterum, Et ista fuit prima opinio glos. in l. si curatorem habens, in verbo ab similibus prope fin. C. de in iure. resti. minor. Et licet glos. videatur discedere ab illa opinione tamen prima est tutior, vt videtur tenere ibi Bart. & firmiter Baldus. per iura ibidem allegat. per gloss. & est textus in l. prima. §. quod si forte. ff. de reb. eo. qui sub tutel. & c. qui dicit quæ prætor debet adiri & magis putato, eo. titu. quasi per totam illam. l. imo crederē quæ si pupillus Tutorem non haberet, & creditor instaret, & capi faceret bona pupilli, & illa vendi quæ dandus esset Tutor vel Curator ad litem, Et ita se habet stilus curiarum.

b ISTA Consuetudo parum differt a præcedenti quæ loquitur quædo alicui fuerunt dati Tutores per testatorem hic solum per Consules, ideo dicatur prout in præcedenti consuetudine dictum fuit.

## De Emptione & venditione.

a Reperi in quodam libro consuetudinum antiquo, scriptum in margine. Non est confirmata, Et etiā hodiernis temporibus nō teneret aut valeret quoniā fuit ex cōcessione principis q̄ in Tolosa esset pondus cōis in domo cōmuni, interdicitū mercatoribus vēdere mercantias ad pōdus quintalis, sed solum, tenere & vēdere, ad pōd<sup>o</sup> mediū quintalis, semel in die vni emptori alias incurrit venditor certā pōnā in statutis dicti ponderis contentā quā bene faciunt obseruari firmarij seu renderij dicti iuris ponderis cōis, & deinde fit descēdus p̄ carterones quintalis vel medios carterones. Per libras medias libras, per vncias, medias vncias, vchaus, & medios vchaus & alia minora pondera.

b ISTA consuetudo est de directo cōtra dispositionē iuris cōis. C. de fund. dota. per tot. & dicit tex. in l. j. d. ti. in fi. q̄ appellatione alienatiōis fundi dotalis cōprehendit ois act<sup>o</sup>, p̄ quē dominiū transferit iuxta. l. fi. C. de reb. alie. nō alie. & ff. de ver. fig. l. alienatiōis verbū.

c De iure communi est cōtrarium, per tex. in l. vnic. §. & cum lex. C. de rei. vxō. actio. in fit. quib. aliena. li. in princi. cū pluribus similib<sup>o</sup> iurib<sup>o</sup> ibi all. Et in veritate ista consuetudo

mitatem & valet de consuetudinē Tolosæ, & per dictum pupillū vel aliquem ex suis partib<sup>o</sup> vel ex partibus dicti defuncti nullis potest temporibus reuocari.

### X.

ITEM a vsus & cōsuetudo est Tolosæ, q̄ quilibet venditor vsitatus rerum ponderis, debet tenere certum pondus, scilicet quintale, & medium quintale & libram & mediam libram, & cartaronum & medium cartaronum, denariatā & etiam obolatam, & etiam pogesatum potest quilibet vendere sine aliqua certa mensura secundum sue arbitrium voluntatis.

### XI.

ITEM b est vsus seu cōsuetudo Tolosæ, q̄ si aliqua mulier donauerit marito suo aliquem honorem seu aliquos honores, vel fundum seu fundos nomine dotis vel matrimonij, dicti coniuges, vel alter eorum de consilio voluntate & assensu alterius possunt si voluerint vendere & alienare dictos honores seu fundos, & tales alienationes seu vēditōes valent & obtinēt firmitatem, quibus predicti honores, seu fundi venditi sint dotales. Et quibus ipsi coniuges, vel alter eorū nō praestiterit iu-

est valde damnosa mulieribus occasione cui<sup>9</sup> multæ mulieres remanent in dote. Et caret ratione videre meo, Et numq̄ vidi obseruari, quinimo etiã si renunciauerit mulier legi iul. de fund. dota. & senatuscon. velleya. & etiam cum iuramēto, ista non nocent secundū Bald. in l. si prædium. C. de iur. dot. Tamen ad tollendum omnem scrupulum hodie per impetrationem literarum

regiarum super dictis renūciationibus quæ de facili obtinentur, a cancellaria, & habita a proprio episcopo dispensatione super iuramenti obseruatione consulitur mulieribus super premisis.

rum regiarum super dictis renūciationibus quæ de facili obtinentur, a cancellaria, & habita a proprio episcopo dispensatione super iuramenti obseruatione consulitur mulieribus super premisis.

### Rub. De locato & conducto.

#### I.

**N**Ouerint vniuersi, &c. q̄ vsus seu consuetudo est Tolosæ, q̄ si aliquis locat domum a vñ fundum aliquem alicui pro certo precio & ad certū tēpus, & dictus conductor in dicta domo vel fundo p̄ dictum tempus manserit, & vltra constitutū tempus in dicta domo vñ fundo remāserit, dict<sup>9</sup> conductor nō tenetur minus b præciū dare, dicto locatori, & tenetur ad tantū dē qd̄ inde sibi dederat in alio anno seu annis p̄terito seu præteritis Nisi forte aliud pactum interuenierit inter ipsos.

#### II.

**I**tem c est vsus siue consuetudo Tolosæ, q̄ si aliquis conduxerit ab aliquo aliquam domū siue tem videatur etiam in prædio vrbanò facta relocatio per vnum annum,

a Differētia tamen magna est inter domū quæ dicitur prædium vrbanum & fundum qui dicitur prædium rusticum, & non est eadem ratio vel similis inter eosdem vt dicitur in statuto seu Consuetudine sequenti.

b Minus præciū dico etiam q̄ necq̄ maius. argument. a contrario sensu.

c ISTA consuetudo quatenus loquitur in prædio vrbanò est contra iuris communis dispositionem, quia in prædio vrbanò per taciturnitatem non fit reconductio per vnum annum, sed solum pro tempore quo inquilinus finito tempore locationis habitauerit. ff. loca. & conduct. l. si item quaritur. §. qui impleto, vers. i vrbanis autem. Sed ista consuetudo facit idem ius in vrbanis, sicut in prædio rustico, vt per taciturnitatem



## De Locato & conducto.

Et si piguora fuerunt data seu res aliquae obligatae pro praecio conductio-  
nis, si tales res pertinebant conductori durat talis obligatio pignoris pro anno  
tacite locationis, si autem pertinebant alteri quam colono, talia bona non reman-  
ent obligata, nisi ille cui perti-  
nent de nouo concenserit, vt  
d. §. qui impleto cum ibi nota.  
Et haec consuetudo non distin-  
guit an locatio fuerit facta in  
scriptis vel non, Tamē si inter-  
uenerit iuramentum credere,  
quod per taciturnitatem non fie-  
ret relocatio, quia tenetur ser-  
uare iuramentum per tex. cum  
ibi not. per glo. & scriben. in l.  
si quis maior r. C. de transact. &  
quia in d. §. qui impleto super  
verbo in vrbans, est glof. satis  
difficilis, & intricata, sup hoc  
me remitto ad dicta, per Petr.  
Iacobi in suis libell. tit. de acti.  
ex loca. qui melius quam alibi repe-  
rierim declarat. d. §. & eius glo.  
cuius dicta esset hic longum  
adducere.

a Scilicet vltimo dictae lo-  
cationis ad quem habetur re-  
spectus.

b IN hoc habet vim con-  
suetudinis quoniam de iure pro-  
hibitum est ne quis in causa pro-  
pria ius sibi dicat. C. ne quis. in  
cau. su. iu. sibi dicat in rubro &  
nigro. Et melius ac honestius fa-  
ceret si auctoritate iudicis, argu-  
nora. C. de iur. emphiteo. l. ij.  
in glo. super verbo repellere.

Sed in vim huiusmodi consuetudinis, potest de facto expelli conductor ad  
euitandum processum & expensas si absque scandalo & excessu possit fieri talis

aliquod operatoriū fundū vel aliū  
honorē, per vnū annū seu per lon-  
gius tēpus certo praecio ratioe pen-  
sionis dno domo promissio siue ope-  
ratoriū vel fundi seu praedij & fini-  
to praedicto tēpore locationis, pra-  
dictus inquilin⁹, vel colonus siue  
interuallo in dicta domo siue ope-  
ratorio, praedicto sciente & patien-  
te locatore praedicto seu non contradi-  
cente habitauerit dictā domū seu  
operatoriū, vel fundum intelligit  
tacite conduxisse inquilin⁹ vel co-  
lonus praedict⁹ dictā domū seu ope-  
ratoriū, vel fundū pro vno anno,  
vltra tempus dictae locationis, vi-  
delicet pro tanto praecio & pensio-  
ne quanto seu quāta dare consueue-  
rat in vno anno a dictae locatiōis.

### III.

Item est vsus seu consuetudo To-  
losae, quod locator domorum operato-  
riorum & aliorum honorum To-  
losae potest accipere propria auctori-  
tate b clauas eorumdem honorum,  
& inquilinū seu conductorem &  
familiam eius & illos qui pro eo ibi

expulsio, & bonorum retentio. Et vidi pluries, q̄ inquilini seu conductores præstabant patientiam quando expellebantur de facto.

a De iure tales res illate & inuecte sunt tacite obligate pro pensione in-  
 fuerint de prædictis eijcere, & res a  
 dicti inquilini seu conductoris que  
 intus fuerint retinere & habere p̄  
 pensione sua seu loqurio. Si dict⁹ in-  
 quilinus seu conductor pensionē  
 seu loquerium dicto locatori non  
 soluerit termino cōstituto. b Et  
 etiā ante terminum, si de abstra-  
 ctione dictarum rerū timeatur c

## III.

TEM est vsus seu consuetu-

I do Tolosæ q̄ si aliquis loca-  
 uerit alicui domum operato-  
 rium casalem vineam d terrā seu  
 aliquem alium honorem ad certū  
 tempus q̄ locator per e propria  
 mansionem, vel per aliquod quod  
 inde fecerit post dictam collocati-  
 onem siue sit venditio f impigno-  
 ratio donatio, vel alienatio, vel ali-  
 quid aliud non potest ip̄e collator  
 vel alius pro eo, vel eius nomine  
 reuocare collocationem prædictā  
 quousq̄ tempus collocationis sit  
 finitum.

set, esse eadē necessitas pietas dānā & interesse ex pte conductoris sicut ex pte  
 locatoris. f De iure est contra per tex. in. l. emptorē. C. de loca. & condu.  
 quia emptor non tenetur stare conductori. Tamen per huiusmodi consue-  
 tudinē q̄ est de obseruatis nō seruat in Tolosā dispositio dictę leg. s emptorē.

fit. de actio. §. item. seruiana.  
 vers. seruiana, cum ibidem no-  
 tatis & concordant. ff. de pact.  
 l. item quia.

b Istud est iuris, & de casib⁹  
 in. l. edem. C. de loca. & cōduc.  
 argu. sumpto a contrario sen-  
 su, quia sicut ille qui soluit pen-  
 sionem expelli non potest ita a  
 contrario qui non soluit po-  
 test expelli.

c Optime pro hoc facit. l.  
 in omnibus. ff. de iudi. cum ibi  
 not. cui⁹ materia est bona. Sal-  
 tem cogendus est inquilinus si  
 vult bonā retenta habere, dare  
 sufficientes cautiones de soluē-  
 do pensionē quando non pro-  
 bat solutionem illi⁹, & ita pra-  
 cticatur dietim.

d Crederem q̄ intelligitur  
 ista consuetudo tam in predicto  
 urbano q̄ in rustico, per verba  
 hic posita.

e De iure est contra & est  
 vnus de casibus positus in. l. edē.  
 C. de loca. & cond. cum distin-  
 ctione posita, per glo. in verb.  
 necessariam, cui casui & distin-  
 ctioni derogatur per huiusmo-  
 di consuetudinē, quoniam pos-

## De Poderagijs & bannis

a ISTA Consuetudo idem importat sicut consuetudo tertia, isto titulo ideo est dicendum prout dictum est in illa.

b Quia sunt tacite obligate, pro pensione seu loquerio optimus text. in l. item quia conuentiones. ff. de pact. cum concordant.

c De hoc poderagio dixi a liquid supra in ti. de debitis consuetudine quinta, in fi. sup verbo poderagium, & non reperi istud vocabulum in iure sed credo quod tempore quo iste consuetudines fuerunt condite poderagium erat vulgare Tolosano, rui quod ab usu dicebat, Simul cum obseruantia huius consuetudinis quam seu quas obseruari vel practicari non vidi. Et quis dicatur in rubrica de poderagio & bannis, tamen in toto nigro non fit mentio de banno, vel bannis. Sed puto quod idem erat obtinere poderagium vel bannum, vel simul vtrumque.

d Non intelligitur de banno, quo quis propter crimine relegatur, vel bannitur ad tempus vel imperpetuum, iuxta tit. ff. de interd. releg. & deporta.

e Poderagium erat quaedam prerogatiua quae faciebat illum creditorem, qui receperat poderagium vel bannum a domino feudi, si res obligata tenebatur in feudum seu emphiteosim, vel si erat libera, seu allodialis, a vicario Tolosano talis creditor erat potior in illa re super qua receperat poderagium alijs creditoribus etiam prioribus tempore non obstante regula qui prior est tempore potior est iure. Et hoc in vim huiusmodi

### V.

Item a est vsus seu consuetudo Tolosana, quod locator clauis operatorij vel domus locate potest accipere propria auctoritate & inquilinum seu conductorem operatorij vel domus eijcere & eius familiam de praedictis, si inquilinus seu conductor praedictus pensionem seu praecium locatori non soluerat termino constituto, & res inuectas & illatas retinere b pro pensione praedicta. Maxime si de praedictarum rerum abstractione timeatur.

Rubr. De poderagio & Bannis. d

### I.

Nouerint &c. quod Consuetudo & vsus est Tolosana, quod si vxor dedit in dotem marito suo terras alii quas vel honores cum instrumeto publico ut est moris, quod maritus post modum vendidit eosdem. Et postea idem maritus emit aliquos honores: quibus emptis, creditores eius ibi receperunt e poderagium cum domino

feudorū si a dominis teneātur: vel cum vicario Tolosæ si liberi existunt, Et postea a maritus fecerit quartā recognitionis vxori suæ se habuisse in dotem ab ea prædictos honores a se venditos, & q̄ de precio illorum emerat b illos honores in quibus creditores poderagium receperāt, q̄ standum est dicto poderagio seu poderagijs nō obstante recognitione prædictā, & prævalent dictæ recognitioni factæ post poderagiū, & in hoc casu creditores sunt potiores iure q̄ vxor in honoribus quibus poderagiū siue poderagia data fuerāt c vt est dictum. Hoc tamē intelligendum est q̄ propter cōsensum vxoris, huius alienationis factæ à marito de rebus dotalibus vxor nō videtur reliquisse d dotem suā contra maritum, imo alia bona maritū quæ habet vel habiturus est sunt ipsi vxori pœnitus pro dote obligata. Et propter prædictum cōsensum supradictæ alienationis rerum dotalium non remanet quin eadē vxor habeat primariā e ante creditores in bonis f mariti. Si tñ cōstat per publica instrumēta res immobiles datas, fuisse marito in dotē, & easdē res fuisse venditas a marito, & maritum præciū habuisse cōscētente vxore añ poderagiū g creditorū super

di consuetudinis.

a Post concessum poderagium seu bannum. Secus si post recognitionē datum fuerit poderagium, quia tunc potior est causa dotis, vt sequitur.

b Illos honores scilicet nomine suo. Secus si actum fuisset ab vxore, & viro in ipsa emptione, vt res efficerentur dotales & esset vtile mulieri, quia tunc tales res empte ex pecunia dotali absq̄ alia assignatione efficerentur dotales. ff. de iur. dot. l. res ex pecunia, & l. ita cōstante. & not. in l. ex pecunia. C. de iur. do. tūc nō esset dare interuallū tēporis, i quo posset cōcedi poderagium vel bannum, quia in casu prædicto in cōtinenti res sic empte efficerentur dotales p iura præalleg.

c Ante dictā recognitionē d Id est, renunciaſſe priuilegio suo, in alijs reb⁹ sui mariti.

e De iure communi. l. assiduus §. j. C. qui potio. in pigno. habeant.

f Scilicet non alienatis vel post modum acquisitis.

g Secus si post poderagium vt supra, in versiculo: & postea quia tunc poderagium nihil operatur vt sequitur.

## De poderagijs & Bannis.

a Super quibus datum erat poderagium, vel bñum ante recognitionē factā a marito.

b Nō repetit q̄ de consensu vxoris alienauerit.

c Et post alienationem illarum rerum dotalium creditores obtinuerunt poderagiū in dictis rebus alienatis.

d Quia ille res dotales alienate, remanent affecte & obligate eidem vxori, non obstante poderagio, vel potest intelligi q̄ si ex pretio per maritū recepto ex venditione rerum dotalium in quibus erat factū poderagium, emerit alias res & illas pro dote vxori assignauerit vxor erit potior creditoribus quia poderagium datum super rebus venditis non transit ad res ex præcio illarum acquisitas, vt dictum est supra consuetudi. prima

e Et hoc operatur concessio poderagij vigore huius consuetudinis. Tamen contra vxor restale poderagium concessū in bonis mariti vxor est potior creditoribus habentibus poderagium. Et in hoc quod dicitur hic potiores, alijs creditoribus prioribus tempore de iure cōmuni est contra. ff. qui potio in pigno, ha. l. ij. cum concordant.

quo recognitio mariti ante creditores nihil pœnitus operatur super alijs a vero standum est poderagio, non obstante sola recognitione facta vxori à marito. Et praualet poderagiū, creditoris recognitioni factæ post poderagium, & in hoc casu creditor est potior iure q̄ vxor, in honoribus quibus poderagium datum fuerat, vt est dictū Vbi vero per instrumenta publica, vel aliter probat vxor res immobiles datas fuisse ab ea in dotē marito. Et q̄ maritus illas res alienauerit b ante c poderagium creditori factum cum publico instrumento, & præcium inde receperit i hoc casu veritas negocij poderagio praualet d & vxor potior est de cōsuetudine Tolosana.

### II.

ITEM est vsus & cōsuetudo Tolosæ, q̄ illi qui receperunt poderagiū pro debitis suis, in re feudali cum dominis feudi præferuntur alijs creditoribus q̄ suis & alijs creditores, sint priores e tempore. Tamen vxores præferuntur in bonis mariti tantum pro dotibus suis & dotalijs & necessarijs, vel pro debitis in quibus sunt vna cū marito obligate, non obstantibus poderagijs supradictis si illa data

a ISTA Consuetudo loquitur in bonis mobilibus quando maritus est obligatus pro dote, vt quia obligauit bona sua tam mobilia q̄ immobilia q̄ non obit̄re q̄ creditores obtinuerint super eisdem bonis poderagium vel bannum vxor est potior iure pro dote sua.

sunt constante matrimonio.

## III.

Item a consuetudo est Tolosa seu vsus q̄ poderagia data per eos qui ea dare possunt b super bonis mobilibus alicuius que mobilia primitus fuerant pro dotib⁹ & donationibus propter nuptias obligata non dant dicta poderagia primariam alicui ante dotes & donationes propter nuptias, Ni si dictæ res vendite donate vel alienate fuerint, vel in solutum creditori date & tradite c prius q̄ vxor dixerit seu denunciauerit ius habere in rebus prædictis, vel de rebus prædictis mouerit quæstio nē.

## Rub. De Pignoribus.

Nouerint, &c. q̄ vsus siue consuetudo est Tolosæ q̄ si aliquis creditor ciuis Tolosæ christian⁹, in pignore d sibi obligato plus mutuaſſe aſſereret quàm debitor e concedat eidem.

nō, vt si ignorauit audiat̄ sciuit nō audiat̄ si, vt ibi distinguit̄ d Per iudeū.

e Videlicet iudeus, & sic notandum q̄ tempore quo iste consuetudines fuerunt auctoritate, erant iudei in Tolosa sicut de p̄nti sunt in ciuitate Aunionis. Tamē Philippus secundus filius alterius, Philippi filij beati Ludouici

b Vt sunt iudices habentes iurisdictionem ordinariā vel domini feudorum cum iurisdictione alias non, quia tales cōcessionones poderagiorum, vel bannorum sunt iurisdictionis mixte. C. de pigno. l. nominatori cum concordan.

c Intelligo si sciente vxore & tacente, vel nō. contradicente tales res fuerint vendite donate, vel alienate, ipsa presente vel admonita, quia tunc ius suum remississe videt̄. C. de remis. pig. l. si eo tēpore, & l. si ipothecas, & c. quis. de re iud. i antiq. Quod facit ad quæstionē cothidiana q̄ vnus creditor facit vendere rem sibi obligatam ex secundo decreto, & obtinet sententiā per quā res sibi adiudicatur, Si creditor q̄ rē ipsam habebat primo loco obligatā vult venire contra & audiri, p̄ iure suo an debeat audiri de qua videtur per Specula. in tit. d e secundo decret. §. nunc dicam⁹ vers. sed pone. lib. ij. parti. j. quia cū distinctione venit audiend⁹, vel

Regis Francorum qui presentes consuetudines confirmavit & auctorificavit in vita sua iudeos a toto Regno suo expulit ut habetur in registro magno cronicarum, fo. cc. xvij. & per do. Guillelmum Benedicti in repetitione c. ragnuncius, super verbo duas habens filias. fo. xxij. & sic parum duravit dispositio huius consuetudinis.

**a** Et non iudei, Et hoc in defectu testium alias esset contra iuris dispositionem. C. de eden. l. qui accusare, & ff. de pbat. l. ei qui dicit.

**b** Vsq; ad valentiam pignoris. Quoniam non est verisimile q; creditor plus mutuaverit q; valeret pignus pro debito acceptum, alias esset sibi imputandum.

Standum est dicto **a** creditori cum sacramento altaris, quod idem creditor faciat super illius debiti quantitate vsq; ad valentiam **b** pignoris. Dum tamen idem creditor fuerit boni testimonij atq; fame.

## EXPLICIT SECUNDA PARS Consuetudinum Tolosæ.

### INCIPIT TERTIA.

**I**STA Consuetudo est bona, & de observatis in Tolosa, & in pluribus conformis dispositioni iuris communis. Tamen habet vim consuetudinis in hoc cum dicitur viuentibus maritis, quoniam determinatur ex hoc questio q; post mortem mariti heredes dicti mariti non possent vidue repetenti dotem obicere, de adulterio sicut maritus in vita sua potuisset.

**b** Hoc intelligitur qm sunt sui iuris qm si essent in potestate patris, iuxta. l. filie la. ij. C. de colla & a patre dotare, ista consuetudo esset contra dispositionem iuris communis. C. solut. mat. l. dos a pre. pfecta, alias autem hæc consuetudo est conformis dispositioni iuris communis. C. de rei vxo. act. l. vni. §. videam. vers. in stipulatione aut. **c** Vide infra de necessa vxo. & vidua. consuetud. si.

### De Dotibus.



**N**ouerint **a** &c. q; consuetudo est Tolosæ, seu usus q; mulieres transducte per maritos suos ipsis viris p mortuis lucratur, & debent recuperare de bonis ipsorum maritorum dotes **b** & donationes **c** propter nuptias seu agentiam etum ubi constat de

**a** De iure mulier perdit dotē si fuerit accusata per virū & cōiuncta de adulterio, vt in auct. vt licea. mat. & auiz. colla. viij. § quia vero plurimas vers. si de adulterio maritus, & § ga vero quedā mulieres, & idē de iure canonico. c. plerunq; de dona. inter vi. & vxor. cum ibidem notatis per glo. quæ mouet ibidem plures questiones quas hic specificare omitto, Tamen licet de iure ciuili separatur matrimoniū vt

agētiamēto, & de donatiōe propter nuptias. Nisi forte ipse mulieres viuentibus maritis suis crimine adulteriū fuerint condēnate. **a** Et post eādem condemnationem q; mariti earū eas sibi nō recōciliauerint **b** vel inter ipsos coniuges pactum **c** aliter non extiterit.

## II.

**I**tem **d** consuetudo est Tolose siue vsus q; si vxor vel alius nomine eius dedit dotem viro suo, quantacumq; sit illa dos, & vxor traducta præmoriatur dictus marit<sup>9</sup> lucratur dotem & donationē

de viro. ff. solut. matr. & c. intellexim<sup>9</sup>, de adult. & stup. vbi est quædam glo. in verbo compensatione quæ ponit casus in qbus mulier excusatur de adulterio. **c** Quoniam pacta in talibus inita valent. C. de rei vxor. actio. l. vnica. per totam. l.

**d** ISTA Consuetudo loquitur quando vxor præmoriatur viro, & præcedens quando vir præmoriatur. Et ideo idem ius statuitur in fauorem mariti quando vxor præmoriatur sicut per consuetudinem præcedentem fuerat statutum in fauorem vxoris, quando maritus præmoriatur, quia tuuc vxor lucratur donationem propter nuptias siue agentiamētum, & recuperat dotem sicut quando mulier præmoriatur maritus lucratur dotem, & sibi retinet donationem propter nuptias in vim huiusmodi consuetudinis, licet de iure cōmuni sit contra. l. dos a patre. C. solut. matr. de hac consuetudine dixi, supra de acquir. re. do. consuetu. secunda ad quæ me remitto. Et plura ad proposi-

uili separatur matrimoniū vt iuri bus prædictis, tamen de iure canonico non separatur, nisi si quo ad thorum, hoc est q; vir non tenetur reddere debitum vxori, vel cum eadem dormire, vt verbis. c. j. de adult. & stup. o vtat.

**b** Tunc enim vxor non amittit dotem nec maritus potest eam de adulterio accusare ff. de adulte. l. si vxor. §. sed & si qua. repudiata. text. in præalle. c. plerunq; de donat. inter vi. & vxor. Sunt & alij casus in quibus maritus non potest vxorē accusare. Si eidem opponatur q; pariter ipse adulterium commisit quia paria delicta mutua compensatione tolluntur. l. si



tum huius consuetudinis facientia videantur deducta per dñm Nicholaum Boeri. in consuetudinibus ciuitatis Bituris titul. (des costumes concernans les mariaiges & douaires). §. j. vbi latissime de hoc dicit.

a Quæ est illa donatio dicitur infra de neces. vxor. & vidua. consue. si.

b Sed si conuolauerit maritus præmortua vxore ad secundas nuptias & in vim huiusmodi consuetudinis lucratus fuerit dotem. Et similiter si maritus fuerit præmortuus, & mulier lucrata fuerit donatione propter nuptias. Et ex illo primo matrimonio extiterint liberi an marit<sup>9</sup> si conuolet ad secundas nuptias teneatur referuare filijs primi matrimonij dotem quam fuit lucratus, & idem de vxore præmoriante marito, teneatur referuare donationem seu agentiam liberis primi matrimonij si conuolet ad secundas nuptias, Et crederem qd sic per tex. in. l. gñaliter. C. de secund. nupt. & in auct. vt frat. si.

propter nuptias. a Et ide potest dictus maritus suam facere voluntatem b Nisi aliter actum c fuerit inter ipsos. III.

ITEM d consuetudo est Tolosa seu vsus qd maritus vxore sua præmortua cognita per eum car.

lij vers. quia vero & mulieres, collat. ix. vide infra consuetudi. sequen. Quis Bald. dicat qd poterint talia iura comunicari tā liberis primi mñimonij q̄ secundum in. l. ea. lege. C. de condi. ob caus. & qd hic dicitur, qd ex isto statuto seu consuetudine vir lucrat dotē, si mulier præmoria hōc est intelligendū nisi culpa mariti decesserit, quia tūc dotē non lucrat, tex. cū ibi not. in. l. si ab hostibus. §. si vir. ff. solu. matr. & ibi glo. & Bart. & communiter scribentes.

c Et cū dñ in fine huius consuetudinis. Nisi aliter actū fuerit, &c. vt qd fuit expresse dictū qd soluto mñimonio p decessum alteri<sup>9</sup> cōiugum suprauiuens etiā si cōuoler ad sc̄das nuptias non teneat referuare dotē, vel donationē, ppter nuptias liberis primi matrimonij qñ ab initio in cōtractu mñimonij fuit valet tale pactū factū & accordatū inter cōiuges, vt est gl. in auct. de nupt. circa princ. sup. verb. siue vir, coll. iij. licet qdā illā intelligat, in vltima voluntate facit tex. in. §. distrahunt, & glo. posita sup. verb. lucrū eadē auct. qd pnt talia pacta p̄iudicare filijs & fieri in præiudiciū liberorū primi mñimonij, simile. in auct. sed cū testator. C. ad. l. falsi. & auct. excipit. C. de bo. q̄lib. facit optime tex. in. l. j. §. si cōueniat ff. de posi. qd cōtract<sup>9</sup> ex cōuentiōe legē accipiūt. vt ibi dicit text. & §. sæpe euenit ea. l. j. vel etiā si pactū fuerit, vt renunciet cōsuetudini Tolosa & matrimonium siue pacta quo ad dotis, restitutionem & dotalitij procedant iuxta iuris communis dispositionem.

d ISTA Consuetudo videretur superflua qm̄ per duas præcedentes idem

dictum fuit quod hic dicitur, Sed hæc consuetudo declarat præcedentes. Et maxime quando dicitur vxore præmortua cognita per eum vel transducta, quæ de verbo cognita nihil fuerat dictum in præcedentibus. Et ideo est hic ista clau-

naliter vel transducta lucratur dotem, & econuerso vxor viro suo præmortuo lucratur donationem propter a nuptias seu dotaliciū siue decesserint ipsi coniuges vt dictum est liberis cōmunibus existentibus seu b non existentibus Et hoc nisi aliter actū vel cōuentū fuerit inter ipsos c

## III.

**I**Tē d cōsuetudo est Tolosæ seu vsus, quod si aliqua mulier dederit marito suo in dotē aliquā summā pecunie seu quantitatem quod pro illa dote recuperanda, & vt eam possit habere saluam potest recipere fideiussores, & si receperit valet obligatio, fideiussoris de consuetudine Tolosæ. Ob hoc tamē nō habet priuilegium dotale super bonis dictorū fideiussorum ipsa mulier sed habet actionē in ipsos fideiussores, & eorum bona tanquam creditrix.

hoc habet per glo. postam super verbo ex pacto in auct. de nō eligē. scd'o nuben. circa prin. vers. & secundum nostram coll. j. & ibi optime per Bart.

c De hoc consuetu. præcedenti fuit dictum.

d ISTA cōsuetudo est bona & optima pro mulieribus quibus de iure cōmuni talis fideiussio non debeat dari neq; præstari de dote recuperanda.

sula cognita, vel transducta, & propter huiusmodi disunctiuam, Vel videtur quod sufficiat alterum videlicet quod fuerit transducta, licet non cognita vel quod fuerit cognita, in domo sua vel paterna licet non fuerit transducta ad domum mariti quia forte non habebat domum vt contingit sæpe in Tolosa vbi viri literati alij vt mercatores accipiunt vxores & morantur per plures annos vel in domo foceri, vel vxoris, tunc cōfectum est matrimonium. & facit glo. in auct. de nupt. circa princ. super verbo nuptias. Et ibi Bart. qui optime dicit quædo matrimonium dicatur per factum.

a De fuit dictum supra cōsuetudine proxima.

b Quod intelligit nisi maritus ad secundas nuptias conuolauerit vt dictum fuit in consuetudine præcedenti quia tunc tenetur dotem reseruare filiis primi matrimonij per iura ibi deducta, & text. in l. hac edicta li. C. de secund. nupt. plene de

## De Dotibus.

Et si data vel præstita fuerit nulla est ipso iure. C. ne fideiussor. vel manda. do. ti. dent. l. j. & ij. ratio est quia cui creditur persona a fortiori dos. Tamen videtur in Tolosa quàm plurimos homines de extraneis partibus & etiã de Tolosa oriundos qui ab initio erant apparentes videbantur boni docti diligentes, gratiosi, & Tolosani qui multum sunt affectionati ad maritandum filias cum talibus dant eisdem dotes in pecunia, vel in mercantijs qui postea dotes consumebant, & interim patres vxorum moriebantur, & mariti faciebant bāca rotta, vel recedebāt dimissa vxore & liberis in maxima miseria, & paupertate. Nec iuuat easdem ratio illius. l. ij. pr. gall. ideo bona est prouisio istius cōsuetudinis pro vxoribus.

ISTA consuetudo siue statu

V.

tum filiam maritaram per patrem a successione bonorum paternorum excludit, adeo q̄ mortuo patrē siue factō testamento etiã si de filia nullam fecerit mentionem siue decesserit ab intestato, etiã relicto hærede extraneo dicta filia ad bona paterna nullum habere potest recursum, Sed debet dote sibi data contērari. Licet de iure communi patrē decedente ab intestato filia possit patri succedere. Saltem conferendo dotem, vel quando decedit factō testamento possit petere legitimam, vel illius supplementum, si dos non sufficiat, vt habetur per text. cum ibi notatis per glo. & scribē. in auct. ex testamento. C. de colla. Et ideo fuit consilium glo. in. l. deniq. ff. de mino. q̄ quando filia est dotata instituat in quinq; imperialibus, & in dote sibi constituta vel data quo cōsilio multi prudentes videntur, & bene & est huiusmodi statutum de obseruatis, in præsentī Ciuitate Tolosana.

**I**tem consuetudo est Tolosæ seu vsus q̄ si aliquis pater maritauerit vel dotauerit filiã vř filias suas, & in testamento suo relicto alio filio suo vel filijs hæredibus, aut alio quo extraneo. Vel etiam si pater sine testamēto decesserit alio filio suo siue filijs supestitibus, illa filia seu filia maritate ab ipso patre & dotate nō possunt ipso patre mortuo, de bonis dicti patris aliquid petere vel habere q̄uis etiam dictus pater in testamēto suo ( si fecerit) illi filia vel filiabus nihil reliquerit sic dotatis.

**E**t vt huiusmodi Consuetudo seu statutum non videatur contra rationem seu aliquid iniustū continere referunt scribentes esse, Statuta alia q̄ magis videntur iniusta. Et inter alia dicit Cynus, C. de nup. l. sancimus. q̄ in

pluribus Ciuitatibus Italiae est statutum, q̄ stantibus masculis filiis forores & femine non succedant in bonis patris dicens tale statutum esse validum. Item aliud q̄ filia dotata, non succedat in bonis paternis, nec possit aliquid petere in eisdem, de quo per Bart. in. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cōdit. & demon. Et per Bald. in. l. non sine. C. de bo. quæ liber. Et vt nihil mihi appropriare videar nouissime reperi istas duas consuetudines siue statuta ad longum tractata, per dominum Guiller. Benedicti Quem vidi consiliarium domini nostri regis in curia parlamenti Tolosæ sedentis, in repetitione. c. raynuncius de testa. Super verbis duas habens filias, Et incipit materia huius modi prædictorum statutorum, fo. xxvij. verso. secundum primam impressionem dictæ suæ repetitionis, vbi facta narratiua dictorū statutorum insequendo decisiones dictorum Cyny, Bart. Bald. & aliorum plurium doctorum quos ibidem nominat dicit, Statuta suprascripta esse valida, fauorabilia, ampliatia, & extendenda, prout quisq̄ per eum videre poterit. Et intermixtim fo. xxxij. facit mentionem de Statuto Ciuitatis Carturceñ. Continens q̄ filia per patrem maritata in bonis paternis, nihil vlti<sup>o</sup> petere potest. Sed si dos promissa soluta non fuerit illam solummodo petat sine pluri, in alijs autem bonis quæ patris sunt vel fuerūt alijs stantibus liberis nullum ius habeat nec habere debeat. Nisi in his quæ a patre sibi data fuerunt vel relicta. Et si contingeret q̄ vnus ex fratribus dictæ filiae maritate decederet in minori ætate, vel sine villo condito testamento bona illius fratris decedentis ad alios fratres non ad forem debent pertinere.

**CVIVS** Statuti verba formalia hic visum fuit mihi describere, ex eo quæ dictus dominus Benedicti de Statuto Tolosano nullam fecit mentionem, q̄ multum differt a dicto Statuto Caturc. Et in aliquibus conueniat cum statuto Tolosano occasione quorum memoratus dominus Benedicti tractando Statuto Caturc. multa dixit & deduxit notabilia faciendo ad intelligentiam, & Decisionem Statuti Tolosani. Ideoq̄ omisis hijs quæ non faciunt ad Decisionem nostri Statuti, Sub paucis & remissive aliqua ad præpositum facientia hic deducere curauit.

**ET** primo q̄ huiusmodi statutum habeat locum non solum in filio vel filijs, Sed etiam in nepote ex filio præmortuo, vt talis nepos a successione aui sui filiam maritatum & dotatam, iuxta Statutum excludat a successione patris. Et nedum ipsa filia, sed etiam eius filius vel filia, si fuerit filia maritata, & dotata anteq̄ eius pater decesserit, Nec possint descendentes ex dicta filia etiam ex eorum capite, ad successionem aui venire, sicut nec eorum mater non posset cū esset si viueret exclusa, quia talis exclusio capit initium a filia, igitur a dicto initio non potest fieri vltior extensio argu. l. quecumq̄ gerimus. ff.

## De Dotibus.

de actio. & oblig. & etiã quia nepos ex filia est alterius nature & agnationis quia naturã & agnationem nõ au, sed sui patris sequitur. Omitto hic deducere plura alia iura per memoratum dñm Benedicti all. Et Decisiones scriben. quos nominat fol. xxxj. ibi bene verum est & fol. xxxij. ibi & restat. & c. & illo verso.

**CREDEREM** etiã q̄ nõ solũ filia seu filia maritata & dotata p̄ patrẽ cũ earũ posteritate excludant p̄ hmõi statutũ tolosanũ a successiõẽ p̄is filijs, vel nepotib⁹ ex filijs masculis hæredib⁹ institutis, sed etiã extraneo vel extraneis hæredib⁹ institutis, p̄pter verba formalia in hmõi statuto exp̄ssa, Cũ d̄r relicto filio vel filijs hæredib⁹, aut aliquo extraneo, & c. Et in hoc differt statutũ hmõi ab statuto Caturc. q̄ nõ facit m̄tionẽ de extraneo hærede instituto verba em̄ statuti sunt attẽdẽda. Et verba nõ debent esse sine effectu. c. si papa de priuile. lib. vj. cũ cõcord. ibi all. p̄ glo. **PVTO** etiã correctione salua q̄ ad hoc vt filia excludat a p̄is successiõẽ duo copulatiue regant videlicet q̄ filia fuerit maritata a p̄g & dotata cũ effectu, hoc est q̄ dos fuerit realiter soluta, vel tradita, Nec sufficeret dotẽ fuisse p̄missa vel in testõ legatã secundũ Bart. in. l. iubem⁹. §. sane. C. de sacros. eccl. Aliud em̄ est dotẽ fuisse datã & aliud p̄missã. Qm̄ qñ est data marit⁹ d̄r illa cõmodo & vtilitate illius gaudere q̄d̄ facere nõ põt qñ dos solũ est p̄missa vel legata, tex. optim⁹, in. l. sciendũ. §. si fund⁹ in dotẽ. Et ibi Bart. ff. q̄ sati. cogã. & qñ dos est in testõ relicta possit euenire q̄ pater post testm̄ longo tpe viueret, Et eo casu dos nõ possit peti licet p̄cessisset m̄rimoniu añ decessum testatoris, qm̄ testm̄ nõ habet vires. Nisi defuncto restatore tã de iure diuino q̄ humano, vt optie habet, in. c. cũ marte, de celebr. missa. cũ ibi not. p̄ glo. & Pañ. tũc em̄ nõ possit dici q̄ filia fuerit maritata & dotata a p̄ã, Et sic eo casu nõ excluderet a p̄is successiõẽ p̄ statutũ, Et q̄uis Bart. in. l. Titio. §. Titio genero. ff. de condi. & demõ. videatur tenere aliã opinionẽ q̄ tenuerit in p̄all. l. iubem⁹. §. Sane. C. de sacros. ecc. Tñ inspectis verbis statuti veritas est q̄ requirit m̄rimoniu fuisse cõtractũ & dotẽ fuisse solutã, & ad rõnes & iura all. & deducta p̄ Bart. in. d. l. titio. §. titio, rñdet. d. dñs Bñdicti vbi supra fo. xxxij. ibi sane tñ intelligatis, & p̄ totã colum. & sequẽ. Sec⁹ si simpliciter statutũ diceret q̄ filia dotata a successiõẽ paterna excluderet q̄ tunc sufficeret q̄ fuisset sibi dos assignata, vel in testõ relicta tũc em̄ haberet locũ decisio Bart. in. l. titio cẽtum. §. titio gñõ p̄alle.

**ET** crederẽ etiã q̄ statutũ hmõi Tolosanũ haberet locũ in filia maritata, & dotata a patrẽ iuxta tenorem dicti statuti posito q̄ patre viuente effecta fuerit vidua, qm̄ sufficit illã semel fuisse dotatam per patrem secundũ Bald. in. l. j. in fi. C. vñ vir, & vxo. vbi adducit plura iura arguendo, p̄ & cõtra, qm̄ licet dos sine m̄rimonio esse non possit tñ satis dicitur dotata quã soluta

matrimonio dotem recuperavit, vel recuperare potest, ita etiam tenet dictus dominus Benedicti in dicta repetitione fo. xxxij. verso. Et cessat hoc casu dubitatio quæ posset oriri ex quæstione quam facit glo. in l. dos a patre profecta. C. solut. matr. quoniam pater non potest illam impedire in exactiõe dotis si fuerit emancipata ut dicit ibi glos. quam tenent cõmuniter scribentes. Or certum est quod filia maritata & dotata per patrem per statutum Tolosanũ habetur pro emancipata, & mortuo marito de dote potest facere ad omni modas suas voluntates, ut infra de emancipa. consuetudine secunda igitur esset eidem imputandum si dotem exigere negligat.

ET ad hoc ut filia excludatur a paterna successione per hmõi statutum est necessarium quod sit dotata per patrem, & de bonis paternis, & non de bonis maternis, vel ipsius filiaë quanvis nomine patris pacta matrimonialia seu actus dotandi nudo ministerio fuerint facta, ut pulcre habetur per Baldum in l. necq; mater. C. de iure dot. circa finem. ibi pone statuto cauetur, &c.

Quoniam illo casu defuncto patre filia non excluderetur a successione paterna in vim huiusmodi statuti, quia in effectu non potest dici a patre dotata idem tenet Iason in l. quoniam nouella. C. de in officio testament. ibi facit quod decidit Bald. Et dictus dominus Benedicti loco prædicto fo. xxxij. verso. ibi si autem pater &c. A dicto folio. xxxij. verso mouet, idem dominus Benedicti aliam quæstionem, videlicet, si filia nolit dotari, vel maritari, cõcludit quod si fuerit in culpa habetur ac si fuerit dotata alias Secus all. iura quæ esset hic longum adducere, & faciunt dicta per Bald. in l. fina. C. de pact. l. fi. colum. iij. ibi item facit ad aliam quæstionem, &c.

FORMAT aliam quæstionẽ, quid si filia non dotata præmorituri patri, Relicto nepote masculino vel nepte, Et dicit quod neptis ex filia præmorta potest dotari per auum, & excluditur a successione aui, sicut excluderetur eius mater si fuisset dotata. Et idem iuris est de nepte, ex filio præmortuo ratio est, quia dicta filia quæ est neptis ex filio præmortuo, non debet esse melioris conditionis quàm propria filia. Vnde si neptis ex filia præmorta dotetur ab eius auo, vel filia ex nepote præmortuo excluduntur a successione aui, siue patris, siue materni. Quamuis in nepote ex filia præmorta non dotata per patrem ipsius filiaë, videatur dicere quod nõ sit exclusus, quia in eius matre nõ fuit seruatum statutum, ut fo. xxxij. verso. Tamen credendũ contrariũ salua correctiõe quoniam iste nepos non debet esse melioris conditionis quàm eius mater, quia non sequitur familiã sui aui materni, Et per alias rationes superius diffuse deductas. Et ista quæstio de raro potest contingere, quia vix filiaë maritantur, nisi dotentur. Nisi pater talem filiam præmortuam nolisset dotare vel dotasset de bonis alienis, & non de suis proprijs, ut superius fuit dictum.

## De Assignamentis vxorum.

Et quo ad statutum Tolosanum non est dubium q̄ filia maritata & dota-  
ta per patrem, excluditur a paterna successione siue fuerit p̄terita siue exhe-  
redata, siue pater fecerit testamentum, vel nō fecerit viso textu Statuti quod  
statutum clarius loquitur q̄ statutum Caturceñ. Et etiam non est quærendum  
quo ad Statum Tolosanum an fuerint liberi masculi instituti, vel cum eis ex-  
tranei, vt filia dotata, & maritata per patrem possit petere supplementum  
legitime vel q̄ sufficientius dotetur, ita q̄ dos sufficiat ad alimenta, quoniā  
clarum est q̄ non secundum textum dicti statuti qui loquitur etiam hærede  
extraneo instituto, Et dubia quæ mouet, idem dominus Benedicti loco præ-  
dicto, fo. xxxiiij. per plures columnas possent habere locum in Statuto Ca-  
turceñ. non in Tolosano per verbum nihil petere posset ibi positum. Ad p̄-  
positum huiusmodi Statuti Bart. in. l. liberorum. ff. de verbo. sign. mouet hu-  
iusmodi questiones. An stante statuto q̄ fœmina non succedat ita tibus ma-  
sculis, sed sit contenta dote nepos ex filio masculino excludat filiam. Et an si fi-  
lii masculi decedat relicta filia nepte defuncti aui, an neptis ex filio excludat  
filiam. Et qd si filia dotata decedat cū filio masculino an excludetur filius mascu-  
lus filie. Et quid si extat nepos ex filio masculino, & nepos etiam ex filia, an di-  
ctus nepos ex filia excludatur per nepotē ex filio, & an appellatione nepotū  
veniant pronepotes, & appellatione filiorum ex se natorum veniant nepo-  
tes. & vsq̄ ad quem gradum liberi contineantur remitto me ad dicta ibidē  
per dictum Bart. iuxta protestationem factam per me superius quia esset hic  
nimis longum deducere, & sufficit remissio, quia non multum faciunt ad  
Decisionem Statuti præcedentis.

a In aliquibus libris est, de  
assignationib⁹ vxorū, & idem  
important tñ textus cōsuetudi-  
nis habet & loquit de assigna-  
ments.

b **I**STA consuetudo est ad fi-  
militudinē, consuetudinis  
de qua superius habet tit. de do-  
rib⁹ consue. iij. q̄ dicit q̄ muli-  
er vel alius q̄ dat dotē pōt pete-  
re q̄ marit⁹ det fideiussores cō-  
tra dispositionē iuris cōis. C. ne  
fideiuss. dot. dentur. Similiter  
poteit petere vel requirere, vt  
dos sibi assignet super aliquib⁹

### De Assignamētis a vxorū.

**N**Ouerint, b &c. q̄ Cōsuetu-  
do seu vsus est Tolosē & fuit  
a tēpore quo non extat memoria  
continue obseruata sine obserua-  
tus, q̄ assignamēta quæ fiunt vxo-  
rib⁹ in bonis maritorū p̄ Cōsules  
Tolosē p̄ necessarijs, dotib⁹, & do-  
talij⁹, seu etiā alimētis suis viuen-  
tibus maritis, debēt fieri ipsis mari-  
tis per Cōsules euocatis, vel per  
vicarium si primo fuerit additus: si  
ipsi mariti p̄ntes sint & ipis auditis

si venerint, q̄ siquidē mariti p̄ntes  
cententur, & pro præsentijs ha-  
bentur quantum ad talia assigna-  
menta a facienda illi q̄ sunt in Ci-  
uitate vel Diocesi Tolosana, si ve-  
ro talia fiant assignamēta ipsis ma-  
ritis non vocatis per Consules vel  
citis, nō habent talia assignamē-  
ta roboris firmitatē. Sed si ipsi ma-  
riti extra Tholosā Diocesim, b  
fuerint: valent dicta assignamenta  
maritorum absentia non obstante

De necessarijs vxorum  
& viduarum.

**N**Ouerint, &c. q̄ Consuetudo  
est Tolosā siue vsus q̄ mulie-  
res mortuis maritis earū dē debent  
habere sua necessaria victus, &  
vestitus de bonis maritorum suo-  
rum, sine dotis & dotalicij diminu-  
tione ipsarum mulierum donec p̄  
hæredes, seu spondarios, vel ali-  
quas personas alias de dote, & do-  
talicio earum fuerit plenarie eis dē  
mulieribus satisfactum, vel donec  
præparata, vel oblata fuerit dicta  
dos & dotalitium eis dē mulierib⁹  
cum effectu. Nisi forte ipse mulie-  
res, viuentibus maritis crimine  
sona fuerint vocati de iure contra in. l. ad peremptorium cum quinq̄. ii. se-  
quentes. ff. de iud. b Nota q̄ ex huiusmodi consuetudine maritus non est  
vocandus si sit extra Diocesim,

bonis immobilibus pro con-  
seruatione dotis, qm̄ dos consti-  
tuitur & soluit in pecunia, vel  
rebus mobilibus. Quoniam si in  
rebus immobilib⁹ satis est dos  
assignata, Tales enim res dota-  
les non possunt alienari. ff. &  
C. de fund. dotal. per totum  
Quoniam si esset causa petēdi  
q̄ fieret assignatio, vel dare-  
tur pignus, vt in casu. l. quæsitū.  
ff. de pigno. vt quia timeretur  
de fuga mariti vel in casibus no-  
tatis per glo. in. l. ij. ff. solu. ma.  
Et. l. si constante eo. titu. & in.  
l. vbi. C. de iur. dot. nō esset ne-  
cesse recurrere ad dispositionē  
huiusmodi consuetudinis, sed  
haberet locum dispositio iuris  
cōmunis iuxta dictam. l. si con-  
stante cum similibus. Et an per  
talem assignationem transfe-  
ratur dominiū rerum assigna-  
tarum in vxorem crederem; q̄  
non iuxta Decisionem Barth.  
in repetitione. d. l. si constante  
colum. xij. in fin. ibi. Secundo  
quæro & colum. xiiij. in princ.  
quia hic res non datur in solu-  
tum sed fit de eadē assignatio  
vt mulier cum suis liberis ex  
fructibus rerum assignatarum  
possit viuere.

a Quia amplius non sunt  
vocādi, si semel in propria per



De necessarijs vxorum & viduarum.

a Similis textus, supra de dot. consuetud. prima, vbi satis ad longum de hoc dictum fuit.

b Nisi ipse mulieres vel earum parentes sibi prouiderint per pacta matrimonialia vel aliter q̄ si superuiuant habeant victum & vestitum super bonis primi viri donec eis de dote & agentiamento fuerit satisfactum. C. de pact. conuen. & c. per totum facit. l. nupta. ff. solu. matr.

c Præcedens Consuetudo loquitur tam de restitutiōe dotis, q̄ agentiamenti, Et potuisset dubitari an soluta dote, posset mulieri denegari victus & vestitus non satisfacto de agentiamento, Et hæc consuetudo tollit dictum dubiū q̄ non sufficit solutio dotis nisi soluat etiam agentiamētum. Superius in pluribus locis, vt in ti. de dotibus & plurib⁹ alijs locis est facta mentio, de augmento seu donatiōe p̄pter nuptias, Ideo est intelligendum q̄ augmentū & agentiamentum, idem sunt tamen nullo loco dicitur quid sint augmentū, vel agentiamētum, vel donatio propter nuptias. Et ideo si nihil in pactis matrimonialibus dictum vel exp̄ssum fuerit de qua summa sit donatio propter nuptias, vel dotalitiū, augmentū vel agentiamētum. Sed simpliciter fuerit contractū matrimoniū iuxta vel secundum consuetudines Tolosanas tunc augmentum, vel agentiamentum, ascendit quantum media pars dotis puta si dos fuerit de centū tūc

adulteriij a fuerint condemnate. Et post eandem cōdemnationem q̄ mariti earum eas, non recōciliauerint / Similiter si alium virū duxerit aliqua mulier postq̄ cum eo contraxit hæredes aut detentores bonorum viri mortui non tenentur mulieri illi vltra diem illam in qua alium virum duxerit in necessarijs vict⁹ & vestitus b puidere q̄uis eidem mulieri ex dote sua & dotalitiō, quam habebat super bonis dicti mariti sui nondum extiterit plenarie satisfactum.

Tem c est vsus seu cōsuetudo.

I do Tolosæ q̄ vxores mortuis maritis suis habent, & debent habere necessaria sua, victus & vestitus de bonis predictorum maritorum pro augmento seu p̄ donatiōe p̄pter nuptias quod vel quā dicti mariti concesserunt p̄dictis vxoribus, in matrimonijs eorum, dē donec de prædicto augmento seu donatiōe fuerit eisdem satisfactum. quēadmodum debēt h̄re p̄ dotib⁹ suis donec eis sint solute.

augmentum seu agentiammentum, est de quinquaginta, si de ducentis augmentum erit de centum, si dos de quadringentis libris augmentum est de ducentis libris & sic de similibus augendo, vel diminuendo. Et ita obseruatur. Ex consuetudine non scripta. Quod intelligitur, si dos fuerit soluta, alias nihil lucratur vel si pro parte dos fuerit soluta pro illa parte lucratur donationem seu agentiammentum, tex. in auct. sed ea quæ nihil ex dote. C. de pact. conuen. & c. vi de p. Ang. aret. in titi. de acti. §. fuerat, col. xvij. ibi & aduertat vbi adducit iura.

## De emancipationibus.

**N**ouerint, & c. q. vsus & consuetudo est Tolosæ. q. filij q. b. patres eorū fecerint donationē seu donationes sup. m̄rimonio v. ratiōe seu occasiōe matrimoniorū q. dicti filij contraxerunt cū vxorib. suis habentur pro emancipatis. a Et possunt deinde testari, emere acquirere, vendere & alienare. Agere et defendere, debita facere, & mandare, & alios contractus celebrare in iudicio & extra, ac si essent per patres eorum cum omni solē. nitate iuris emancipati.

**I**tem consuetudo est Tolosæ seu vsus q. filia dotata a patre habet p. emancipata b. & mortuo marito suo de dote sua pot. facere omnes

consuetudinis. Et in quibus filia cessante huiusmodi consuetudine est in potestate patris, & in quibus in potestate mariti vide late per dominum Nicolaum Boerij in consuetudinibus Bituris, titul. de consuetud. iur. statu. persona. §. iij. & plura alia hæc tangentia.

a De iure communi est contrarium, qm̄ non nudo consensu, sed actu solemnī liberi a patria potestate liberantur. l. non nudo. C. de emanc. libe. Etiam si in filium immensam donationē fecerit. C. de inoffi. donat. l. ij. de hoc fuit dictū, supra de dona. consuetu. ij. Et sic idē iuris in filio sicut in filia, vt habetur in consuetu sequent.

b De iure est contra nisi expresse de emancipatione appareat per actum solemnē, vsu supra consti. proxi. qui actus solemnī fit auctoritate iudicis, vt. l. non nudo cum glo. supra. all. imo semp. remanet in potestate sui patris, vt. habet. l. vxorē cum glo. C. de condi. infer. & C. de colla. l. filia. Nec valet testari de dote sua etiam patre velente per. l. seruum in fi. C. g. testa. face. poss. & per. l. qui in potestate. ff. de testa. Et quod not. in. l. dos, in princ. C. solu. matrimo. Secus in casu istius

filia dotata  
Sibetij 420  
emancipata

De testa. & de successiōib' ad iuicita.

a. Idem supratitu, de dot. consue. fi. vbi satis late de hoc fuit dictum.

b. De iure communi non valet nisi septem testes fuerint vocati & rogati. C. de testa. l. hac consultiſſima. §. per nuncupationem. & instit. eo. titu. §. si. cum ibi not. Exceptis casibus in. d. l. hac consultiſſima. §. ex imperfecto, cum ibi notatis, in glo. in verb. rogati, Sed in vim huiusmodi consuetudinis seu statuti valet testamentū ad-

huo fordy m  
est anuclitig

huo m. agnab  
u. t. m. ad  
libros p. d. e. p. d.  
sea m. p. m. h.  
p. d. m. p. u. a. t.  
p. d. m. p. a. r. i. a.

adhibitis vocatis & rogatis duobus testibus, vel tribus. Et sunt cauti ciues Tolosani q. consueuerunt adhibere notariū in tali testamēto, Et antēto q. huiusmodi consuetudines seu statuta fuerunt auctoritate, & approbate per bone memorie philippum Regem Franciæ qui erat Imperator in regno suo talia testamēta nedum valēt in vim hmōi statuti imo in vim priuilegij quia statū ad causam dictæ auctorisationis habet vim priuilegij per tex. in. l. si nō speciali. C. de testa. Ita est decisio Bart. in. l. cunctos populos. C. de summa tri. & fid. catho. col. vij. in fi. ibi circa primū pasū &c. vbi egregie hmōi quæstionem examinat & concludit p. tali statuto, idem Iason, in. d. l. cunctos populos magis late deducēdo decisiones plurium scribētes incipientes colū. xvij. in fi. ibi. Et tenendo, &c. et col. xvij. vbi dicti Barth. & Iason decidunt plures alias questiones huiusmodi statutum tangentes quas esset superfluum hic adducere. Quod statutum est de obseruatis in Tolosa.

suas voluntates, a scilicet dare al  
teri marito vel testari & facere te  
stamentum viuentē patræ vel nō.

De Testamentis.

**N**Ouerint, &c. q. vsus & cōsuetudo est Tolosæ. q. vltimū testamentum conditum ab eo q. de iure testari valet b. adhibitis duobus, vel tribus testibus, vel quatuor vel amplius præſente Capellano, vel sub capellano, vel etiā absente seu etiā non vocato valet. & obtinet roboris firmitatē tanq̄ si in numero c. testium, esset iuris solemnitatis obseruata.

De successiōibus ab intestato.

**N**Ouerint, &c. q. vsus seu consuetudo est Tolosæ, q. si aliquis homo vel fœmina non habens patrem decedit ab intestato d. q. omnia bona & res & iura mobilia & immobilia illi<sup>o</sup> personæ defunctæ

c. Quasi dicat q. valet hoc statutum quo ad muuerum testium, vt sufficiat duo vel tres tñ illi debēt esse vocati & rogati, vt quo ad hoc satisfiat dispositioni iuris cōis supradictæ. d. An hmōi statutū habeat locū in pupillo,

vel furioso, vel alioqui de iure non potest facere testamentum, Et sic verbū ab intestato accipiatur proprie in illo qui potuit facere testamentum & nō fecit, vel non potuit morte præuentus, vt isto casu habeat locum huiusmodi statutum, vel, etiam improprie in illo qui non potuit facere testamentum vt per huiusmodi statutum non excludatur mater pupilli, vel dementis, vel furiosi qui proprie non possunt dici intestati iuxta not. in. l. si quæramus. ff. de testa. & insti. quib. no. est pmi. face. testa. §. si. ff. de sui. & legi. hæred. l. j. in pri. & nota. insti. de succe. ab intesta. in prin. posset dici q̄ in illis qui proprie nō possunt dici decessisse intestati hæc consuetudo nō habeat locum. Nec excludantur mater & alij in pari gradu parentele ex parte matris, sed simul succedant cum venientibus ex parte patris iuris communis dispositionē insequēdo iuxta, l. illam cum auct. ibi po. C. de coll. Et. §. neq̄ illo. in auct. de tri. & semis. coll. iij. vnde sumitur dicta auct. & C. cōmuni. de succes. l. si. auct. itaq̄ cum ibi not. Ideo in hoc casu ista consuetudo non habet locum cum sit contra iuris communis dispositionem & sic restringenda. ff. de legi. l. quod vero

remanent & deuoluuntur propin  
quiori seu propinquioribus illius  
personæ defuncte, in gradu paren  
tele ex parte patris. Et si forte illa  
persona defuncta patrem habet tē  
pore suę mortis pater illi⁹ personę  
defuncte succedit in bonis illi⁹ &  
ei remanent, & deuoluuntur de cō  
suetudine Tolosæ.

Tamen contrarium est verum  
vt huiusmodi statutum habeat  
locum tam in illius successōe  
qui potuit facere testamentum  
& non fecit qui proprie dicit̄  
decessisse intestatus q̄ in pupil  
lo, vel demente, vel furioso &  
similibus qui nō potuissent fa  
cere testamentum, qui improp  
rie dicuntur decedere intesta  
ti, & dicuntur intestabiles, Quo  
nia est huiusmodi Statutum  
favorabile propter obseruatio

nem agnationis, & nominis domus, vt superius fuit dictum remissive, titul.  
de dor. consuetudine finali, Quæ ratio facit, vt omnes casus cōprehendan  
tur siue intestatos siue intestabiles ex identitate rationis, vt mens Statuti attē  
datur, & non verba, & istud Statutum est secundum le. xij. tabularum secun  
dum quam agnati preferbantur cognatis ab intestato, de qua fit mentio. C.  
de legi. hære. l. lege. xij. tabularum. & insti. de legit. agnato. succes. §. media au  
te m iuris prudentia. Et ista fuit opinio & decisio Bart. in. l. j. ff. de sui. & legi.  
hæred. Et in quodam suo consil. c. xxxviii. incipien. hæc est copia cuiusdam  
Statuti, & c. Et opinionem Bart. sequitur do. Guiller. Benedicti, in repetitio  
ne. c. raynuncius, de testa. qui omnibus quæ possent obici contra huiusmodi

## De successiōibus ab intestato.

**Statutū** respōdet vt nihil omisisse videatur, super verbo & vxorem nomine adulesiam in primo præludio. Et incipit fol. l. ibi Ergo cum ad hanc, &c. per quinque columnas. Et refert fol. l. j. verso secundum hanc opinionem, q̄ appellatione intestatorum comprehendantur pupilli & infantes, & q̄ ita fuit iudicatum per arrestum in parlamento Tolosæ ad cuius dicta me remitto tanq̄ vera.

**ET** cum dicitur in huiusmodi statuto q̄ bona personæ defunctæ devoluuntur propinquiōribus in gradu parentele ex parte patris clarum est q̄ si defunctus habeat fratrem, cōsanguineū tm̄, & fratrem vterinum tantū, q̄ frater cōsanguineus p̄feret vterino indubitanter. Sed posset esse alia questio magis difficilis, p̄pter verbum propinquiōri, vel propinquiōribus positum in statuto. Si persona defuncta habeat fratrem, & ex fratre præmortuo filium descendentes ex parte patris, an in vim huiusmodi statuti, frater cōsanguineus, & filius fratris cōsanguinei præmortui, ambo admittantur ad successiōem personæ defunctæ, per auct. cessante, & auct. post fratres. C. de legit. hæredi. Et est satis fortis questio. Quoniam licet iure repræsentationis filius fratris præmortui representet personam sui patris & pariter succedat de iure communi cum fratre defuncti per iura prædicta. Tamē non potest dici, q̄ sint pares in gradu, imo frater defuncti est p̄ximior, in istis de gradibus, cog. §. j. & ij. igitur debet preferri frater defuncti filio fratris præmortui, in contrarium videt q̄m istud statutū solū facit differentiā succedēdi inter illos q̄ sunt ex parte patris. i. agnatos, & illos q̄ sunt ex parte matris. i. cognatos, vt agnati excludant cognatos. Sed inter agnatos q̄ p̄feruntur cognatis, non facit differentiā inter illos q̄ sunt ex parte patris vt non habeat locum ius repræsentatiōis, nec reperitur p̄hibitum, q̄ nō habeat locū ius repræsentatiōis. Sed videtur alia ratio in contrarium, quoniā tutela legitima agnatorum defertur ad p̄ximiores agnatos. Ex eo q̄ lege. xij. tab. ipsi succedunt agnatis deficientibus seu decedentibus sine liberis, & ex eo q̄ ad eosdē pertinet lucrū igit̄ & onus tutelæ, vñ sicut onus tutelæ ad eosdē pertinet & p̄ consequens & cōmodū. Sed onus tutelæ defert̄ p̄ximioribus agnatis ita q̄ si fuerit frater defuncti & filius alterius fratris præmortui tutela ad fratrem vel fratres defuncti defertur & nō ad filios fratris defuncti. text. est clarus i. l. tutela legitima. §. si duo. ver. p̄inde, in ff. de legit. tuto. ergo & cōmodū successiōis, q̄ p̄ximior est in gradu. Et p̄ hac parte videt̄ deci. Cyni, in. l. nec nos. C. de post. limi. reuer. Et ita etiā tenet Bald. in. l. cū ita legat. §. ff. de leg. ij. vt frater defuncti filium fratris præmortui in vim huiusmodi statuti excludat rōnibus per eū ibidē adductis, p̄pter verbū p̄ximiori seu p̄ximioribus, dicens q̄ illud ius repræsentatiōis est q̄dā fixio in veritate ita frater defuncti in gradu parentele est filio fratris p̄ximior & istud nō pot

negari. Et videtur hmōi statutū habere locū solū in collateralibus, qm̄ si decedēs haberet filiū, & ex filio p̄mortuo nepotē esset alia ratio. Et statutum si intellexisset de descendētib⁹ per rectā lineā illud expressisset. qm̄ in descēdentibus per rectā lineā similis videtur rō in nepote, ex filio p̄mortuo sicut in filio, q̄a ita conseruatur natura decedentis in nepote ex filio p̄mortuo sicut in filio tex. cum ibidē nota. in. l. liberorū. §. fi. & glo. in verb. q̄ filij. ff. de verbo. & rer. signi. cū concord. ibidē all. per glo. Quā rō non militat in collateralib⁹ qm̄ licet per collaterales conseruetur nomē agnationis non tñ natura. Tñ hoc relinquo iudicio sapiētioris an opinio Cy. & Bald. debeat seruari

ET quo ad versiculū, & si forte dicti statuti in hoc. d. §. habet vim cōsuetudinis, q̄ pater excludat matrē & collaterales q̄ alias nō stante statute succederent æqualiter. C. ad terru. l. fi. cum auct. defuncto, ibi posita.

## De rerū cōmuniū diuisione.

**N**Ouerint, &c. q̄ vsus seu consuetudo est Tolosā, q̄ si aliqui lucrentur in simul quandā hereditatem qui lucrantes nulla alia bona habebant communia præter hereditatem acquisitā, & post modū ipsam hereditatē diuidant, Et maior pars deuenerit vni q̄ alteri. Et ratioe illius maiorie ille qui ipsam habet in recōpensatione illius maiorie soluerit aliquā pecunię q̄tita tem habenti minorē partem q̄ talis diuisio habetur p̄uenditiōe. a

Item si medietas illa diuisa ita vt est dictum est feudalis, q̄ dantur inde pax domino feudi ex quantitate pecunię inde solute, ratioe recōpensationis ac si esset directā b venditiō.

alia parte res & pecunia, si pecunia plus

a Diuisio habetur p̄uenditione, hoc dicit ex eo q̄a interuenit pecunia, & videt concordare cum dispositione iuris cōmunis. C. cōmunia, vtr. iudi. l. j. vbi tex. diuisiōnē prædiorum vicem emptionis obrinere placuit, vt dicam⁹ q̄ diuisio habet instar seu similitudinem empti nis de iure cōmuni etiam si nō interueniat pecunia, & etiā diuisio est similis permutationi. ff. de lega. ij. l. cum pater. §. hereditatem. Tamen in aliquib⁹ differunt vt habetur per glo. in pall. l. j. C. cōmunia, vtr. iudi. An quādo fratres diuidunt hereditatē paternā debeant laudimonia. Cōis obseruātia est q̄ nō vide late p̄ do. Nicolaū Boerij. in consue. Bituris, tit. de consuetudi. feud. §. vij.

b Alibi dicitur q̄ quando fit permutatio, & ab vna parte interuenit res, & ab

ascendat quāam valor rei quæ

## De feudis.

datur cum pecunia q̄ tunc dicatur venditio, alias non ad hoc, vt debeantur inteḡra laudim̄ina, vel media. ita tenet Bart. in. l. aristo. ff. de donat. & Pañ. in. c. ad quæstiones, de rerum permuta. in dubio quando non constat de mēte contrahentium hanc quæstionem tanguit Guido pape in suis deci. quæst. xcij. qui idem videt̄ dicere. Tamen ista cōsuetudo indistincte loquitur q̄ per inde est ac si esset direct̄a venditio.

### EXPLICIT TERTIA PARS Consuetudinum Tolosæ. INCIPIT QVARTA PARS.

**I**STE titulus de Feudis, quatenus cōcernit proprie materiam feudorum est fere inutilis & inusitatus, & non obseruatus. Tamē quia sunt plures articuli qui possunt adaptari ad ius amphiteoticum, Et contractus amphiteoticus in pluribus conuenit cum contractu feudali & ideo idem ius statuitur in vno sicut in alio, & quo ad hoc alig articuli in p̄t̄itu, contenti sunt in vsu, & de obseruatis, ideo remissiuē aliqua pauca dicam. Et primo in quibus conueniant, vel differant contract⁹ feudalis a cōtractu amphiteotico, & contra remitto ad dicta per Spec. titu. de loca. & conduct. alias de amphiteosi. §. nūc aliqua, de iure amphiteotico, &c. versic. Quarto q̄ro, &c. in fi. Et ad lacius dicta per Iaso. sup. l. j. C. de iur. emphi. col. x. ibi quinto q̄ro &c. vsq̄ ad colū nā. xij. vbi dicitur glo. in verb. oibus, &c.

a Nō est de obseruatis, quibus videatur cōcordare cū dispositione iuris communis in. c. ex trāmissa, de for. compe. quia

## De Feudis.

### I.

**N**Ouerint, &c. q̄ vsus & cōsuetudo est Tolosæ q̄ si quæstio siue petitio proprie tatis fuerit inter aliquos super aliqua re feudali Coram consulibus tolosē dūmodo nō immisceat̄ ibi ius hæreditarium cōuentio seu pactum. Et excipiat̄ a parte rei, q̄ res quæ petitur est feudalis, quia illā rem tenet in feudum a domino vel a dominis. Et quod non teneat̄ coram consulibus litigare, sed coram dominis seu domino feudi, q̄ consules admittunt & debent admittere prædictam exceptionem & remittūt partes a ad dominum seu dominos feudi.

non reperitur aliquis dominus feudi in Tolosa qui habeat iurisdictionem, sed de hijs cognoscit senescalus. Tamen super modo procedendi in re feudali, quando est quæstio inter duos vassallos, vel inter vassallum & dominū habetur optime per glo. in. c. cæterū de ind. in antiq. & ibi per Panor.

## II

Item est vsus & consuetudo Tolosæ, q̄ quilibet feudatari⁹ tenetur, & debet ad instantiam seu petitionē domini feudi seu domino rum aquo vel a quibus illud tenet ostendere dicto domino seu dominis feudi, & facere ei vel eis copiā de omnibus instrumentis & singulis dicti feudi seu feudorum quod vel quæ ab eo vel ab eis tenet, & q̄ dominus seu domini illius feudi debent habere inde translata si voluerint, dumtamen præciū trās-latorum illorum persoluant domini notario. Siue sint illa instrumēta de illis venditionibus, vel de testamento, vel de diuisionibus, vel absolutionib⁹, vel q̄buslibet alijs contractibus & negocijs Dumtamen illa instrumēta feudum illud tangant. Vel sint ad illud feudum pertinentia aliquo modo.

## III.

Item est vsus siue cōsuetudo Tolosæ, q̄ si aliquis habet honorem aliquem, & illum tenet in feudum Et illum honorem vendiderit, do-

ISTA consuetudo est bona & utilis, & in hoc conueniunt contractus feudalis cum contractu emphiteotico. Et ideo sicut feudatarius tenetur edere domino feudi instrumēta, put habetur in hac consuetudine ita tenetur emphiteota edere instrumēta domino directo a paritate rationis. Et ita tenet Specular. titu. de emphiteosi. §. Nunc aliqua questione. c. xij. p. iura per eum ibi all. dicit tamē q̄ emphiteota potest petere q̄ dominus iuret de malicia, si ipse se habet instrumētū quod petit, ita etiā tenet Iason. in. l. ij. C. de iur. emphit. colum. l. xj. ibi quindodecimo quæro, & c. vbi videt etiā distinguere an emphiteota neget se emphiteotā, vel ne, Et cū subnectit aliā quæstionē si emphiteota neget se habere instrumētum optime prouidetur super hoc infra consuet. septimaj in ordine computanda a prima & ibi dicentur aliqua Et est huiusmodi consuetudo contra iuris communis dispositionē in. l. nimis graue. C. de testi. & de edē. l. j. & l. qui accusare, ideo dicitur consuetudo Et de hac materia an emphiteota teneatur domino instru-



mēta, & si nō faciat p̄sumit con-  
tra ipsum vide p̄ do. Nicolaū  
Boerij in consue. bituris. ti. de  
consuetudine feudi. § xvj.

a De hoc dictum fuit supra  
poderagio cōsuetudie. ij. & .iij.

b De cōsilio, & c. hic capit  
cōsiliū p̄ cōsēsu, vt elicīt ex tex.  
l. iij. C. de iur. ēphi. & est ista cō-  
suetudo bona & rōnabilis atq̄  
iusta pro dominis directis.

c Et idē de dño directo in  
cōtractu emphiteotico, Et ita  
put dicit in hac consuetudine  
tenet Guido. pape in suis deci-  
sionib⁹ questioe. c. xij. optime  
per do. Guillier. Būdicti in rep.  
c. raynuncius, sup verb. & vxo-  
rē noīe adelesiam, in quarta de  
cisione, fo. c. vij. vers. cōueniūt  
feudū & ēphiteosis, & c. ibi artī

d De iure cōi est contra. C.  
de rei. vendic. l. quotiens, sed  
hoc facit consensus domini. C.  
de iur. emphi. l. si. qui in talibus  
reb⁹ emphiteoticarijs regitur  
& facit valere hāc cōsuetudinē.

e Id est cōsensu dñi feudi, &  
idē de cōsensu domini directi  
quando est emphiteosis.

f De iure cōi q̄ prior, est tē-  
pore potior est iure p̄ theoricā  
in. l. ij. C. q̄ portio. in pig. habeā.  
sed hāc cōsuetudo iuuat p̄pter  
consensum domini directi vel  
feudalis.

g Quia tūc essēt potiores,  
supra de p̄de. cōsue. ij. & .iij.

nauerit, aut obligauerit alicui de  
consilio a vxoris suæ si habeat. &  
etiam de consilio b domini feudi  
Et ante vero ipsum honorem ven-  
diderat, donauerat, aut obligaue-  
rat specialiter, vel generaliter sine  
consilio domini feudi, quis sit vlti-  
ma, praualet prime obligationi,  
donationi, aut venditioni quæ fa-  
cta fuit sine cōsilio domini c feu-  
di, & altera huic non præiudicat  
quis sit prima, & quis per primā  
obligationem, donationē, aut ven-  
ditionem fuerit ille primus in pos-  
sionem d inductus.

### III.

TEM est vsus seu consuetu-  
do Tolosæ, q̄ si aliquis debi-  
tor & vxor sua p̄ debito q̄  
debet marit⁹ obligauerint aliquē  
honorem suum feudalem de cōsi-  
lio e domini feudi alicui credito-  
ri suo, cui dictum debeat debitum,  
habet primariam & potioritatē f  
in dicto honore dictus creditor, p̄  
suo debito supradicto añ alios cre-  
ditores qb⁹ dict⁹ debitor & vxor  
sua fuerūt p̄ dictis debitis obliga-  
ti non habentes ipsi creditores, po-  
deragia g nec concessionem seu  
laudamētum domini feudi, in suo  
feudo ratione dictorum debitorū  
Nec præiudicat dicto creditori q̄

habet pignus de consilio domini licet aliud debitū prius sit tempore, pro quo debito dominus feudi prius non dederit poderagium,

## V.

Item consuetudo est Tolosæ, seu vsus q̄ si aliquis homo habens vxorem contraxit aliqua debita cum aliquo creditore, & post modum vxor eiusdem debitoris mandauerit illa debita in præsentia & consensu ipsius debitoris postq̄ super aliquem honorem dicti debitoris quem ab aliquo dominio feudi teneat dictus dominus feudi de dit poderagium ipsi creditori super dicto honore pro dictis debitis, q̄ dictus creditor habet primariam & potioritatē in dicto honore pro suis prædictis debitis ante alios creditores quibus prædictus debitor fuerit pro debitis obligatus non habentes poderagia aut laudamenta domini feudi in quibus etiā vxor dicti debitoris vna cū marito suo fuit obligata.

## VI.

Item consuetudo seu vsus est Tolosæ, q̄ quilibet dominus feudi potest assignare diē vel dies de tertio in tertium diem ad minus & ultra prout ei videbitur suo feudatario seu tenenti suū feudū, vt cōpareat corā ipso in hora vesperarū cū instrumētis, feudi v̄ sine instrumētis, & parat⁹ cōstituire iudicē seu iudices, seu curiā cū eodē domino feudi, si dñs prædi-

ct⁹ de eo rōe dicti feudi conq̄stus est & parat⁹ similiter cōstituire iudicē seu iudices corā dño feudi cū alio vel alijs si ille vel alijs de illo feudatario vel tenenti feudum conq̄stus est vel conq̄stus sunt, & aliquid petere idem dominus vel alius vel alijs voluerint ab eodem petere ratione feudi aut dicti, &

Parū va-  
let nec est in  
v̄su & nihil  
cōtinet nisi  
put supra in  
p̄cedēti con-  
suetudine.

Non est de obseruatis, quia hodie nō permitteretur q̄ dñs feudi & vassallus cōstituerent iudices nec curiam. Sed in talibus additur curia Senescalli, quia esset dicere ius in causa propria, quando fieret assignatio coram domino feudi. Et est nimis verbosa ista consuetudo.

## De Feudis.

a Ad hoc. C. de feri. l. fi. ibi  
nulla vigeat a monitio, & c.

b Ad audiendum de quib<sup>9</sup>  
dominus feudi conqueri vole-  
bat de feudatario.

c Assignata vel statuta ad li-  
tigādū iuxta qđ fuerat inter tes  
dictū, & dicitur a fando, quia  
diebus taliter statutis fandū. i.  
loquendum erat quod factum  
non fuit ob defectum alterius  
partis ideo dicitur dies fadiata  
per contrarium, quia nihil fuit  
factum. i. locutum, vel erat vul-  
gare vocabulum quod deces-  
sit ab vsu loquendi.

d ISTA consuetudo idem  
dicit quod dicitur superius Cō-  
suetudine secunda. Et addit ad  
illam formā iuramenti qđ feu-  
datarius, negat se habere ali-  
quas cartas vel instrumēta, vel  
qđ nullas, vel nulla habebat pre-  
ter illa quæ ostendit. & potest  
requirere qđ etiam dominus iu-  
ret de malicia si petit malicio-  
se sibi edi seu ostendi instrumē-  
ta, vt dictum fuit supra. d. con-  
suetu. ij. Et est etiam deci. Specu-  
lat. titu. de emphi. per contra-  
rium qđ si emphiteota perdidit  
instrumentum suum, datio-  
nis in emphiteosim ipsæ em-  
phiteota poterit petere a do-  
mino directo, vt exhibeat in-  
strumentum ad fines, vt fiat re-  
nouatio dicti contractus, vt  
quæstione. cxi.

est paratus coram ipsis iudicibus  
statutis ab eis dē stare iuri de peti-  
tione pposita rōne dicti feudi cō-  
tra eum, & hoc dum dicta dies nō  
fuerit feriata a Quod si forte di-  
ctus feudatari<sup>9</sup> vel tenens feudum  
dicta die seu diebus & horis nō cō-  
paruerit corā dño feudi sup p̄di-  
ctis iuri pariturus vel iustā excusa-  
tionē non habuerit, & dict<sup>9</sup> dñs v<sup>9</sup>  
alius qđ conquestus fuerit paratus  
fuerit cōstituere curiā & p̄cedere  
in dicta causa dictus dñs conque-  
rens, vel alius conquerens poterit  
petere greugias a dicto feudatario  
vel tenente feudū coram curiā vel  
iudicibus statutis b videlicet pro  
qualibet die fadiata c duos soli-  
dos Tolosanos, & dictus feudata-  
rius, vel tenens feudū tenebitur in  
greugis dicto dño conq̄renti sol-  
uendū. Ad cuius vel quorū instan-  
tiam citatus fuerit, & hoc si curia  
statuta per eosdem cognouerit, &  
sentētiauerit super illis greugijs.

### VII.

Item d est Cōsuetudo seu vsus  
Tolosæ, qđ quilibet feudatarius  
vel tenens feudum quod teneatur  
a dño feudaliter, tenetur oster de-  
re omnes cartas quas habet vel ha-  
bere potest de dicto feudo, vel ad  
dictū feudū p̄tinentes quoquomō

do nino illius feudi ad requisitionem ipsius domini, & trade  
 re illas ad transferendum notario si dominus inde translata  
 habere voluerit videlicet die eidem assignata, nisi forte fue-  
 rit feriata, vel nisi iustam excusationem habuerit, quam nisi  
 forte fecerit dictus dominus poterit petere greugas, ab ipso  
 coram curia seu iudicibus statu-  
 tis <sup>a</sup> per eosdem, & dictus feuda-  
 tarius, vel tenens feudum tenebit  
 in greugis dicto domino soluen-  
 dis post q̄ curia per eosdem consti-  
 tuta cognouerit, vel sententiauerit  
 super illis. Et si forte feudatarius,  
 vel tenens feudum diceret se non  
 habere plures cartas vltra eas q̄s  
 ostendit, nec posse habere, q̄ tene-  
 tur de hoc prestare iuramentū <sup>b</sup>  
 super altare ad requisitionem do-  
 mini, scilicet q̄ hoc itaverum sit, &  
 q̄ illas cartas seu materias ex car-  
 tis dicto feudo pertinētes ipsæ vel  
 alter pro eo nō destruxit, nec frau-  
 dem per se nec alium ibi fecit quo-  
 minus dicta instrumēta coram do-  
 mino feudi exhibeātur. VIII.

Item <sup>c</sup> cōsuetudo est Tolosæ seu vsus q̄ quilibet dñs feu-  
 di conquerens vel alius q̄ conquestus est de feudatario vel  
 feudum tenēte vt dictum est potest vnaquaq̄ die causarū sta-  
 tuere, & mittere pro se aut parte sua vnū iudicē vel duos. Et  
 feudatarius seu feudum tenens, similiter, & eodem modo, &  
 si forte alia pars voluerit statuere, vel mittere iudicem, vel iu-  
 dices debet pars illa quæ hoc facere voluerit parere iuri de  
 petitis ad cognitionem iudicum seu curiæ per partem alterā  
 constitutorū seu etiam constitute, & hoc potest facere quaq̄

<sup>a</sup> In hoc non est in vsu nec  
 obseruatur sed aditur senescal-  
 lus, vel alius iudex competens  
 ad compellendum feudatari-  
 um, vel emphiteotam exhibe-  
 re cartas, vel instrumenta.

<sup>b</sup> Forma iuramenti qd̄  
 tenetur prestare feudatarius,  
 vel emphiteota super præmis-  
 sis.

<sup>c</sup> Non est in vsu nec de ob-  
 seruatis, nec permetterent offi-  
 ciarij regij creare iudices, & fa-  
 cere curiam, vt supra dictum  
 fuit,

## De Feudis.

a ISTA consuetudo procedit absq; dubio attēta consuetudine non scripta, quæ est in ciuitate Tolosæ & gardiagio ac per totam vicariam maxime in locis in quibus dominus noster rex habet iurisdictionē in quibus res non cadit in commissum propter viciosum ingressum. Et etiam nō habet locum ius prelationis. Sed cōsueuerunt emphiteote vendere Rem emphiteotecariū & tradere, sine metu commissi, tamē emptor tenetur recognoscere rem acquisitam, & soluere iura dominicalia dño directo cum arrayragijs, & caueat ne inficitur esse feudale, vel emphiteotecariā qm̄, ppter inficiationē, vel recusationē de recognoscendo res caderet in commissum, & de hoc fuit latum arrestum, quod vidi in manibus hæredum domini Stephani aufretri suo in viuēti præidentis camere inquestarum curiæ paramenti Tolosæ.

b Quia debet primitus tolli vocato illo in cuius vtilitatē dominus dederat poderarium tamen hodie tales cōcessiones poderagij nō sunt in vsu.

c Iuste causæ possunt esse si dominus laudauerit alteri primo emptori. Et etiam si fuerit facta alienatio i psonā priuilegiatā, vt clericis militibus ec-

pars retenta sibi si voluerit licentia mutandi sibi si voluerit eundem iudicem suum vñ iudices, vel confirmandi, vel minuēdi vel augmentandi de vno iudice vsq; ad duos, & econuerso. Et coram ip̄is iudicibus debet causa ventilari & terminari per eosdem & dictus feudatarius, vel tenens feudum si deuictus fuerit tenetur in iustitia, in instrumento feudi contenta, illius feudi domino persoluenda.

## IX.

Item a est vsus & consuetudo Tolosæ, q̄ nulls dominus tenetur aliquem recipere seu recognoscere per suum feudatarium de aliquo feudo, nisi prius satisfecerit eidē domino de pax, vel aliter inde se, cum eodem concordabit. Tamen si voluerit eidē persoluere pax, vel aliter concordare cum eodem domino ratione dicti feudi dominus tenetur eum recognoscere & eum inde recipere in feudatarium. Nisi tamē dictus dominus, dederit ibi poderagium b alicui, vel laudauerit, vel aliquam aliam causam iustam c habuerit quare illud minime facere debeat vel etiam teneatur.

clesæ, & alijs personis priuilegiatis, de quibus p glo. in. l. fi. C. de iur. emphit. in verb. vetari. & p Specul. tit. de emphi. §. Nunc aliqua q̄stione. cxvj. Et ita cōsueuit in instrumentis recognitionū apponi, videlicet q̄ feudatarius vel emphiteota non possint vendere personis priuilegiatis, &c. Sed quid si dñs iniuste recuset feudatarium inuestire, vel dñs directus recipere emphiteotā, Certe

## X.

Tem a est vsus sive consuetudo Tolosæ, q̄ si feudatarius per tres annos vel amplius, vel per quātuncunq̄ tempus cessauerit ab oblijs dñō seu dñis feudi persoluēdis, feudū nō pōt, nec debet venire in cōmissum ipsi dñō seu in incursum, sed feudatarius debet & tenetur soluere dñō feudi p dicto feudo obliās, cēsus & alias dominationes in cartis feudi cōtētas pro tempore quanto illud tenuerit & illas eidē nondum soluerit quousq̄ illud feudum ipse feudatarius ipsi domino feudi desererit reddiderit b & absoluerit cum publico instrumento. Et similiter per quantuncunq̄ tempus triginta annorū vel amplius dictus feudatarius cessauerit ab oblijs dñō feudi persoluendis nō pōt prescribere c cōtra dñm quin teneat eīdē soluere obliās cēl<sup>o</sup> & alias dñatōes p̄dictas p feudo supradicto.

perdit iura laudimij, ppter suā negligētā, vel malitiā vt tenet lason in. l. iij. C. de iur. emphit. colū. xij. ibi sexto decimo quaro, &c. Et est cōsiliū q̄ vasallus vel emphiteota conueniri faciat dñm corā tene scallo, vt p eum inuestiatur vel admitratur in recusationē dñi vel denegationem, Et ita vidi pluries practicari in Tolosa,

a ISTA Consuetudo est de obseruatis in Tolosa quibus dispositio iuris cōsis in. l. j. ij. & iij. C. de iur. emph. sit in cōtariū.

b De iure cōi non pōt hoc facere qm̄ contractus est vltro citroq̄ obligatori<sup>o</sup>, & sicut dominus non potest cogere emphiteotam sine causam deserre, rem emphiteotecariam, ita nec emphiteota inuito domino. C. de acti. & oblig. Sicut in initio vide p Specul. tit. de emphi. §. nunc aliqua q̄sti. cxviiij.

c De hoc v̄ text. absq̄ dubio. C. de p̄scrip. xxx. vel xl. anno. l. cū notissimi. §. fin. & in. l. male agitur. eo tit. q̄ tex. faciunt ista cōsuetudine. Idē Spec. tit.

de emph §. nūc aliqua q̄st. xliiij. las. in. l. ij. C. de iur. emp. col. lvj. ibi. tertio q̄ vide de hac materia. & qd de p̄sione annua, p dñm Nicol. Boerij, in consueturis titu. de p̄scrip. §. iij. qui plura dicit bo. a.

**a** De hoc videtur tex. in. l. ij. C. de iur. emphi. quia si est licitum domino emphiteoram cōpellere, si cessauerit per triennium soluere, a fortiori pignorare quod minus est, Sed melius est secundum consilium glo. in verbo repellere, in præall. l. ij. q. faciat auctoritate iudicis, facit. C. ne quis, in sua. cau. ius sibi dicat in rubro & nigro. Et de iure tales domini in Tholosa non habent ius pignorandi, ut dicitur infra isto titu. consuetudine. xiiij.

**b** Hodie non permittitur cum tales domini in Tholosa non habeant iurisdictionem, vel non possint illam sibi attribuere.

**c** Videtur mihi salua correctioe q. altercatio huiusmodi cōsuetudinis sit frustratoria quoniam non solum de tribus primis annis debet credi domino sed de pluribus, quoniam quando emphiteora, dicit se soluisse ipsa tenetur probare pro toto tempore præterito l. ij. ff. de proba. Ei enim qui dicit, &c. glo. in. l. ij. in verbo repellere. C. de iur. emphit. ibi itē quis tenetur probare, &c. Tamē si emphiteota probauerit se tribus annis præteritis soluisse se non tenetur amplius probare de tempore præterito. C. de appo. pub. l. quicumq. lib. x. vel

Tem est vsus siue consuetu.

**I**do Tolosæ q. dominus feudi potest, & sibi licet auctoritate propria in suo feudo. Pignorare a pro oblijs & alijs quæ inde sibi debentur, vel habentur ad faciendū Aut pro clamore seu querela que fient contra feudatarium de ipso, Per ipsum dominū feudi, vel per alium coram b ipso domino ratione vel occasione feudi supra dicti, si dictus feudatarius per dictū dominum, vel alium pro eo, citatus noluerit coram prædicto domino comparere, & tanquam coram domino feudi stare iuri.

Tem est vsus siue consuetu.

**I**do Tolosæ q. si quæstio vel discentio fuerit inter dominū feudi, & feudatarium super oblijs quas dominus dicat sibi deberi pro dicto feudo in casu isto dictus dominus feudi debet inde c. credi, ex solo verbo suo de primis tribus annis præteritis sine testibus & sacramento. Nsi feudatarius in contrariū probauerit per solutionem inde fuisse factam, Et de alijs annis præteritis debet credi feudatarius cum iuramento quod præstet idē feudatari⁹ q. dictas oblijs per sol.

uerit ipse vel alius a pro eo dicto domino vel prædecessoribus suis vel alij pro eo domino ratū habente, & si hoc dictus feudatarius iurare noluerit iuret dictus dominus feudi, quod dictæ obligatiō sibi debentur & tunc dictus feudatarius dictas obligatiōes. Prædicto dño incōtinēti p̄soluat & etiā dictus feudatarius p̄soluat & teneat p̄soluere, dño feudi iustitiā. b in instrō feudi contētā p̄ quolibet anno si petita fuit per dominum antedictū. Quod prædictum iuramentum debet fieri super altari de consuetudine Tolosæ si summa dictæ petitiōis fuerit de duobus solidis Tolosanis, vel de pluribus, & si minor duorum solidorum Tolosanorū fuerit debet fieri super sancta dei euangeliā p̄dictum iuramentum, Et si forte c prædictus feudatarius, teneatur a duobus dominis, vel pluribus vnus ipsorum dominorum pro se siue alio, uel alijs dominis supradictis & alijs inde sibi debitis, potest experiri & agere contra dictum feudatarium pro parte ipsum dominum de dicto feudo contingente.

## XIII.

**I**tem d est usus siue cōsuetudo Tolosæ, quod petitiones quæ fiunt coram dominis feudorum debent

potest probare per testes talē solutionem, vel per instrumenta, vel cōfessionē, ut dicit glos. præalle. vel si fuerit deperdita appoch. potest probari per libros cōtes vel cōitatis. C. de discussio. l. ne casu, eo. lib. x.

a potest etiā fieri solutio nō solum p̄ debitorē sed etiā per alium dicto debitore ignorāte & liberatur. ff. de solutio. l. solutionem cum concordat. ibi alleg. per glo.

b Consuevit in instrumento infudationis scribi clausula, quod si emphiteota tempore statuto obligatiō nō soluerit soluat totidē, vel certā aliam summā p̄ iusticijs ad causam solutiōis retardate. Et iste iustitiæ veniūt ex pacto & non de iure.

c Videretur prima facie quod vnus solus non posset agere nisi si vocatis alijs cū dominis quia videntur socij re, & quod vnus p̄iudicaret alteri p̄. l. fi. C. de duob. rei, ff. Tamen vnus cum dominorū p̄t agere p̄ parte sua, quia ex vno fonte, vnaque stirpe vel causa debiti ex eadem actione nō descendit, ut dicit ibi text. in fine.

d Nihil operatur nec est in usu vel de obseruatis nec possent partes facere iudices, ut superius in pluribus alijs cōsuetudinibus fuit dictum.



## De Feudis.

fieri in scriptis, & deinde totus processus causæ similiter in scriptis per manum publicam ad communes expensas partiū & si iudices a partibus statuti discordauerint inter se debent iurare ad instantiam partis vnius requerentis ad sancta dei euangelia q̄ legitime & fideliter dicant dictum suum secundum eorum conscientias, super eadem discordia, & si forte factō dicto iuramento discordauerint quilibet dictorum iudicū debet scribere intētionē suā super dicta discordia, & postea ambo cum dictis scriptis debent venire coram Consulib⁹ Tolose vel vicario, & hoc debent facere ad diem vel dies sibi per dominum feudi assignatas. Et etiam debent tradere ipsi iudices prædictas duas scripturas, Consulibus Tolosæ vt ipsi Consules, super prædictis sententialiter proferant dictum suum, Qui Consules debent de consuetudine Tolosæ super prædictis sententiam suam proferre cum dictis scripturis, & id quod dicti Consules sententialiter dixerint, & recitauerint debēt a partibus obseruari, & inde pars conuicta tenetur dare & soluere quinque solidos Tolosanos, Consulibus antedictis pro deliberatiōe dictæ discordie. Et pars quæ die sibi assignata per dominum feudi non scripserit intentionem suam vel non, reddiderit scripturam suam vt est dictum persoluat & teneatur persoluere p̄ quilibet die fadiato a do

**a** Quæ mino feudi vel parti quæ causam habuerit cum do  
dicatur dies fadiata vel fadiatus fuit dictum superius consuetudine sexta. mino feudi duos solidos Tolosanos pro greugijs & defectu illius diei. Similiter si quæstio siue discordia fuerit inter dominum feudi & feudatarium siue feudum tenentem & pars domini diebus siue horis assignatis fuerit contumax debet & tenetur dare dictus dominus, & pars sua pro greugijs alteri parti, pro quolibet die fadiato duos solidos Tolosanos. Item domini feudorum debent assignare dies, & horas suis feudatarijs vel feuda tenentibus in vesperis, & in hora vesperarū. Insuper pars quæ per sententiā diffinitiuā

conuicta fuerit super dicta petitione & causa tenetur alteri pti in restituendis expēsis a in lite & p lite factis ad cognitionē iudicū dictā sententiā diffinitiuā pferentium.

## XIII.

**I**tem est vsus siue Consuetudo Tolose, q si aliquis honor teneatur feudaliter a duobus seu pluribus dominis. Et ita q ab vno dño teneat ex parte carrerie, & ab alio in medio, & ab alio in fundo honoris dñs feudi medij seu vltimi pōt & est sibi licitū intrare per portas p rini feudi & secūdi q̄uis sit alterius dñationis vel sit liberū b Videlicet p pignorare, & ad pignorandum c in suo feudo.

## XV.

Tē d est vsus & cōsuetudo

**I** Tolose, q domini feudorum non tenentur laudare ex parte dominationis, venditiones vel alienationes factas de suis feudis. Nisi primo de oblijs & dominationibus & alijs quæ sibi debentur p dictis feudis, fuerit ipsis, dominis satisfactum. et si domini donec eis satisfactum fuerit laudare noluerint ipsis, vel oblijs eorum & dominationibus non potest aliquod præiudicium generari. c Nec aliquā pœnam incurrunt,

a ISTA sunt iuris q victus teneat victori in expēsis. C. de iudi. l. properandū. §. siue autē alterutra parte absente.

b Liberū ergo non debet seruitutem, & sic iure seruitutis non pōt sic intrare, sed in vim hmōi cōsuetudinis pōt, & esset ad similitudinē iuris personalis coherens personę eundi, vel transeundi & nō esset prædialis de quib⁹ per Bart. in. l. si. de iti. act. priua. ff. & in. l. j. §. illud queritur de aqua. cothi. & csti. & facit ad hmōi propositū ea quæ notabiliter dicit Bald. in. l. binas edes. ff. de serui. vrba. predio.

c Hodie cū tales dñi feudi, vel dñi directi in Tolosa non habeāt iurisdictionē non possent facere pignorationes quia coercere aliquē captis pignorib⁹ est de media iurisdictione C. de pigno. l. noiatori & ff. de dam. infe. l. iij. §. an tñ, & ideo fiūt tales pignorationes auctori tate iudicis.

d De hmōi cōsuetudie fuit dictū superi⁹ cōsuetudine nona, & addit p hmōi cōsuetudinē clausula. & si dñi vsq; ad si.

e Quia est eisdem imputandum quare ex parte ipsorum non faciunt eorum debitū ar. C. de pact. l. cū proponas ideo est culpa feudatarij, vel emphiteote nolentis soluere.

